

## 119.

1505. febr. 17.

*A kolosmonostori convent előtt esztergomi Székely Ferenc a Meggyes nem Dudor és Kürt ágán s a Halon nem Náznán ágán birt három lófősségi tisztségeit, továbbá Kisfaludot és a hozzá tartozó jeddi és kebeleszentiváni birtokait százötven magyar arany forintért nagyernyei Székely Bernátnak zálogba veti.*

*Eredeti fogalmazványa keresztlúhúzva Orsz. lt. MODL. 36399.  
(Kolosmon. Prot. minus O. fol. 55.)*

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra. Memorie commendamus, quod nobilis et agilis Franciscus Zekel de Strigonio personaliter veniens in nostram presentiam sponte et libere confessus est in hunc modum, quomodo ipse pro certis suis negotiis ipsum urgentibus evitandis tria officia sui primipulatus, quorum primum in genere Meggyes in linea Dudor, secundum similiter in genere Meggyes in linea Kwrth et tertium in genere Halon in linea Naznan, item et totalem possessio- nem suam Kysfalwd vocatam in sede Maros existentem et habitam simul cum cunctis proventibus utilitatibusque et pertinentiis quibuslibet, terris puta arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearum etiam promontoriis, aquis, fluviis aquarumque et fluviorum decursibus, piscinis, molendinis, piscinarum quoque et molendinorum locis, generaliter vero cunctarum utilitatum et pertinentiarum Integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis et appellatis, ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, nec non quasdam terras arabiles cultas et incultas, ac agros, prata, fenilia, silvas et nemora in territoriis possessionum Kebele Zenthyan et Yedd vocatarum in predicta sede Maros existentium habitas et habita, ad pretitulatam possessionem Kysfalwd pertinentes suas ac sua nobili et agili Bernaldo Zekel de Naghernyw pro

centum et quinquaginta florenis auri hungaricalibus ab eodem Bernaldo plene levatis et acceptis pignori duxisset obliganda, immo impignoravit nostri in presentia, tali modo, ut dum et quandocunque temporis in processu pre-nominatus Franciscus Zekel dicta officia sui primipulatus, nec non totalem possessionem suam Kysfalwd prescriptam et alias pertinentias eiusdem ad se redimere voluerit, ex-tunc pretitulatus Bernaldus Zekel rehabitis prius dictis centum et quinquaginta florenis, pecuniis scilicet suis, eadem, eandemque et easdem simul cum prescriptis cunctis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet pacifice et quiete remittere et resignare debeat et teneatur. In cuius rei memoriam presentes litteras nostras duximus concedendas. Datum feria secunda proxima post dominicam Reminiscere 1505.

17.

## 120.

1505. jún. 27.

*Esztergomi Székely Ferenc a kolosmonostori convent előtt a Meggyes nem Dudor és Kürt ágán s a Halon nem Náznán ágán birt lófősségi tisztségeit, továbbá Kisfaludot a hozzá tartozó kebeleszentiváni és jeddi birtokokkal együtt hatszázhatvankét magyar arany forintért csávási Erdő Miklósnak és Gergelynek örökbe vallja.*

*Eredeti fogalmazványa keresztlívhúzva, Orsz. lt. MODL. 36399.  
(Kolosmon. Prot. minus O. fol. 40.)*

Conventus monasterii beate Marie virginis de Kolos-monostra. Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentium notitiam habituris salutem in domino Jesu salvatore. Ad notitiam universorum presentium serie cupimus prevenire, quod nobilis et agilis Franciscus Zekel de Strigonio personaliter veniens nostram in presentiam, oneribus et quibusvis gravaminibus Katherine et Cristine puellarum filiarum, nec non quorum-libet fratrū et consanguineorum suorum in subnotandis per omnia in se assumptis, sponte et libere confessus ex-

stitit in hunc modum, quomodo ipse matura in se de-liberatione prehabita tria officia primipulatus sua, quorum primum in genere Megyes in linea Dudor, secundum simili-ter in genere Megyes in linea Kewrth et tertium in genere Halon in linea Naznan, item et totalem possessio-nem suam Kysfalwd vocatam, necnon quasdam terras arabiles cultas et incultas, ac agros, prata, fenilia, silvas et nemora in territoriis possessionum Kebele Zenth Iwan et Jedd vocatarum, omnino in sede Maros existentes et. habitas simul cum omnibus proventibus, cunctis etiam utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabili-bus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, rubetis, virgultis, montibus, vallibus, vineis et vinearum promontoriis, nec non aquis, fluviiis, aquarum-que et fluviorum decursibus, atque piscinis, molendinis, piscinarum etiam et molendinorum locis, generaliter vero cunctarum utilitatum et pertinentiarum integratibus, quovis nominis vocabulo vocitatis et appellatis, ad eadem et easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus nobilibus Nicolao et Gregorio Erdew de Chya-was pro sexingentis et sexaginta duobus florenis hunga-ricalibus puri auri veri et iusti ponderis plene et integre persolutis et habitis dedisset, vendidisset et inscripsisset simul cum universis litteris et litteralibus instrumentis factum dictorum officiorum primipulatus, nec non pre-scripte possessionis Kysfalwd et pertinentiarum eiusdem tangentibus et concernentibus, immo dedit, vendidit et inscripsit in nostri presentia iure perpetuo et irrevocabili-ter tenenda, possidendas pariter et habendas, nullum ius nullamve iuris et dominii proprietatem idem Franciscus Zekel sibpsi aut suis heredibus reservando, sed totum et omne ius omnemque iuris et dominii proprietatem, quod videlicet et quam hactenus pretitulatus Franciscus Zekel in officiis primipulatus ac possessione Kysfalwd pre-scriptis habuisset vel in futurum se habere sperasset quo-quomodo, in prelibatos Nicolaum et Gregorium Erdew transferendo pleno iure; assumpmens nichilominus me-moratus Franciscus Zekel annotatos Nicolaum et Grego-

1

rium Erdew in pacifico dominio officiorum primipulatus predictorum, ac possessionis Kysfalwd et pertinentiarum eiusdem pretitulatarum contra quoslibet legitimos im- petitores, causidicos et actores tenere et defensare pro- priis suis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privi- legiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum in festo beati 1505. Ladislai regis, anno Domini Millesimo quingentesimo jún. 27.

## 121.

1505. júl. 18. Buda.

*II. Ulászló parancsa Tárczai János székely ispánhoz, hogy a székely földön közgyűlést tartván, az ökörsütést adassa meg a székelységgel.*

*Eredetije papíron, papírral fedett záró pecséttel, Bártfa város lt., nr. 3875.*

Commissio propria domini regis.

Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc.

Magnifice fidelis nobis dilecte.

Remisimus iam tandem nuncios siculorum nostrorum cum responso, quibus inter alia hoc quoque commisimus communitati ipsorum referendum, ut boves nobis debitos ad requisitionem hominis nostri, quem in medium ipsorum missuri sumus, exolvant et pluribus difficultatibus exsolutionem illorum non protrahant. Deputavimus autem in medium ipsorum pro illis repetendis magnificentem Georgium comitem de Merzyn, cui commisimus, ut antequam illos adiret, super omnibus rebus, que hanc rem spectare et eo pertinere videbuntur, tecum loquatur, conferat et tractet, et si tibi videbitur tecum una, si vero minus, solus ipse legationem nostram dicat et referat. Ne autem hec res ulteriorem suscipiat dilationem, volumus et fidelitati tue harum serie mandamus, quatinus statim visis presentibus universitati siculorum prescriptorum unam generalem

congregationem, vel ad locum solite congregationis eorumdem, vel ad alium, qui tibi com(m)odior videbitur, indicere debeas, prefatumque Georgium comitem ita informes, et ita denique res nostras cures, ut opera tua huiusmodi boves iam tandem reddantur et nos debitibus proventibus nostris diutius non careamus. Secus facere non ausurus. Datum Bude, feria sexta post festum Divisionis apostolorum, anno Domini Millesimo quingentesimo quinto.

*Külcím:* Magnifico Johanni Tharczay comiti siculo-  
rum nostrorum fideli nobis dilecto.

1505.  
júl.  
18.

## 122.

(1505. jul. 18. körül.)

*II. Ulászló egy ismeretlen hű szolgájának menedéklevelet ad, hogy azt a százötven ökröt, melyeket a székely ökrökből fizetése fejében korábban neki adott volt, az országból vámmentesen kihajtathassa.*

Oláh Miklós esztergomi érsek *eredeti* leveleskönyvéből a jászovári premontrei könyvtárban, Kézirat 78. fol. XLII/b.

### SALVUS CONDUCTUS.

Wladislaus etc. Fidelibus nostris universis et singulis, prelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus ipsorumque officialibus, item civitatibus, oppidis et villis, earundemque rectoribus, nec non tricesimotoribus, theloniatoribus, tributariis ac aliarum quarumcunque solutionum exactoribus ubivis et in quorumcunque bonis in hoc regno nostro constitutis et existentibus, presentes visuris salutem et gratiam. Quoniam nos intuitu servitorum gratissimorum fidelis nostri egregii t.,<sup>1)</sup> que nobis assidue exhibit, annendum eidem et concedendum duximus annuimusque et concedimus per presentes, ut ipse illos centum et quinquaginta boves, quos superiori tempore in sortem exolu-

Merzin György? — V. ö. a királynak a megelőző szám alatt közölt parancsával.

tionis suorum servitorum ex bobus sicalicalibus dedimus, absque ulla solutione tricesimarum et tributorum ex hoc regno abigi et expelli facere libere possit et valeat; mandamus igitur fidelitati vestre et vestrum cuilibet harum serie firmiter, quatinus dum et quando homines et servatores prefati t. presentium videlicet ostensores cum prefatis t. bobus ad vos, vestrasque terras, tenutas, officiolatus, sed et ad loca predicta tricesimarum vel tributorum pervenerint, eosdem libere ubique et absque ulla tricesimarum ac tributorum solutione et alio omni impedimento ipsis expellere et abigere permittere et permitti facere debeatis et teneamini, et aliud nullo modo facere presumatis. Presentibus. Datum etc.

## 123.

1505. júl. 21.

*A kolosmonostori convent előtt esztergomi Székely Ferenc a Meggyes nem Dudor és Kürt ágán, s a Halon nem Náznán ágán birt három lófösségi tisztségeit, továbbá Kisfaludot kebeleszentiváni és jeddi tartozékaival együtt két-száz magyar aranyforintért csávási Erdő Miklósnak zálogba vallja.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL 36399. (Kolosm. Prot. minus O. fol. 58.)*

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra. Memorie commendamus, quod nobilis et agilis Franciscus Zekel de Strigonio personaliter veniens in nostram presentiam per eundem sponte et libere confessum exstitit in hunc modum, quomodo ipse pro certis suis negotiis ipsum urgentibus evitandis quedam officia primipulatus sua, quorum primum in genere Meggyes in linea Dudor, secundum similiter in genere Meggyes in linea Kewrth et tertium in genere Halon in linea Naznan, item et totalem possessionem Kysfalwd vocatam, nec non quasdam terras arabiles cultas et incultas ac agros, prata,

fenilia, silvasque et nemora intra metas seu territoria possessionum Kebele Zenthywan et Yed omnino in sede Maros existentes et habitas, ad pretitulatam possessionem Kysfalwd pertinentes simul cum omnibus proventibus, cunctis etiam utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, fenetis, pascuis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, aquis aquarumque decursibus, piscinis, molendinis, piscinarum etiam, et molendinorum locis, generaliter vero universarum utilitatum et pertinentiarum integratibus quovis nominis vocabulo vocitatis et appellatis, ad eadem et easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus nobili Nicolao Erdew de Chawas pro ducentis florenis auri hungaricalibus, puri auri veri et iusti ponderis, plene ac integre habitis et levatis impignorasset, immo impigne-ravit in nostri presentia, tali modo, ut dum et quando-cunque temporis in processu prefatus Franciscus Zekel dicta officia primipulatus, nec non possessionem Kysfalwd et terras arabiles prescriptas ad se redimere voluerit, tunc prenominatus Nicolaus Erdew, rehabitatis prius dictis ducentis florenis puri auri pecuniis scilicet suis, cadem, ean-demque et easdem simul cum prescriptis cunctis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet eidem Francisco remittere et resignare debeat et teneatur; assumptens nichilominus annotatus Franciscus Zekel memoratum Nicolaum Erdew in pacifico dominio predictorum officiorum primipulatus, nec non (pos)sessionis<sup>1)</sup> Kysfalwd ac terrarum arabilium prescriptarum infra tempus redemptionis eorundem contra quoslibet legitimos imputatores, causidicos et actores (tenere et defensare)<sup>2)</sup> propriis suis laboribus et expensis. In cuius rei testimonium presentes litteras nostras duximus concedendas. Datum feria secunda proxima ante festum beate Marie Magdalene, anno Domini 1505.

1505.  
júl.  
21.

<sup>1)</sup> sessionis *a fogalmazványban*.

<sup>2)</sup> Tollban maradt.

## 124.

1505. nov. 20. Udvarhely.

### *Az udvarhelyi székely nemzetgyűlés végzései.*

*Eredetije* 31+35 cm. hártyán, melyről a hártyaszalagon függő pecsét leszakadt, a gróf Teleki-cs. marosvásárhelyi lt., *Tancsi Földváry-iratok LXXIV. 17.* — *Másolata* a marosvásárhelyi kir. táblának 1820. jan. 14-én id. gróf Teleki Mihály marosszéki főkirálybíró részére kiadott átiratában, u. o. *Tancsi Földváry-iratok LXXIV. 29.*

(*K. Székely M.*) A nemes székely nemzetnek constitutiójai 30—32., *Vajda L.*, Az erdélyi törvények historiája 224—228., magyarul. Szabó K., Székely Oklevélkódex I. 306—308.

*Kívül oldalt a Komáromy János írásával:* A székelységen levő királybírák instructioja és authoritássa 1505.

1505.  
nov.  
20.

Nos Regnicole<sup>1)</sup> terre Siculiane generalisque universitas singularum sedium et omnium generum siculorum. Memorie commendamus tenore presentium quibus expedit universis, quod cum nos anno Domini Millesimo quingentesimo quinto, feria quinta proxima post festum beate Elizabet regine in oppido<sup>2)</sup> Wdwarhelensi iuxta antiquam regni nostri consuetudinem pro quibusdam certis negotiis regni nostri prefati disponendis ac non nullis abusionibus emendandis generalem celebrassemus congregationem, extunc inter alia magis necessaria visum nobis exstitit, quod raritas generalis congregationis in regno nostro multarum causarum, ad revisionem regnicalarum appellatarum decisionem de die in diem prorogaret et per consequens tales dilationes nonnullorum iuribus diversa documenta inferrent. Manifeste etiam comperimus per experientiam, quod amor, ira et odium propriumque com(m)odum iudices et arbiteros in regno nostro sepius non permittunt decernere verum.

His igitur causarum dilationibus, arbiterorumque et iudicium insolentiis provide consulere volentes, ordinavi-

<sup>1)</sup> A kezdő két szó felett levő tojásdad alakú lyuk kerületét az oklevél írója a „Regnicole“ R betűjének kicífrázására használta fel.

<sup>2)</sup> Itt a 2. sor végén a hártya kikészítéskor támadt lyuk miatt 20 mm. hely üresen maradt.

mus et perpetue ab omnibus regnicolis observandum decrevimus, ut ex potioribus siculorum in sedibus Wdwarhel et Keresthwr quatuor homines, et ex primipolis sedibus in eisdem commorantibus tredecim auctoritate regni nostri sepedicti pro iudicibus et iustitiariis constituantur, qui in toto erunt decem et septem, generalem singularum sedium et omnium generum siculorum universitatem representantes, quiquidem iudices post electionem tacto prius signo sancte crucis sacramentum iuramenti eo modo deponant, quod ipsi non amore, non odio, non prece, non pretio, neque proprio ducti com(m)odo, sed solum deum ac eius iustitiam pre oculis habendo id, quod inter partes coram ipsis litigantes<sup>3)</sup> iuri consonum videbitur, deceruent. Quod si fecerint, bene quidem, alioquin quod deus avertat, si quispiam ipsorum iudicum, oblio deo et salute propria postposita prece vel pretio, sive proprio corruptus com(m)odo a tramite veritatis quoquomodo iniuste declinaverit, extunc talem perpetui exilii dampnationem incurrat, quod omnia bona tam mobilia quam etiam hereditaria amittat, nec valeat amplius tanquam periurus et infamis in terra Siculiana permanere. Is vero, qui pro tali periuro et exilio relegato labo[r]are<sup>4)</sup> vel intercedere attemptaverit, similem tanquam particeps perjurii et fautor exilium dampnationem incurrat.

Preterea ut predictorum iudicum modo premisso iuratrorum iudicia ut non agantur frustra statuimus, ut quidquid causarum adiudicaverint, etiam ad debite satisfactionis valeant deducere complementum, salvis semper proventibus capitaneorum ac iudicum annualiter mutuo sibi succendentium et officialium omnium.

Si vero aliquem iudicum prefatorum successu temporum mori contingat, extunc alii consortes sui, qui su[per]vivunt,<sup>5)</sup> loco mortui unum alium sui conditionis hominem, ad premissa quoque idoneum in sedibus sepedictis commorantem auctoritate regni nostri eligere va-

<sup>3)</sup> litigantibus az eredetiben.

<sup>4)</sup>—<sup>5)</sup> Kiszakadt.

leant et teneantur, ut decem et septenarius numerus iudicium regni semper integre perseveret.

Ut autem preinserte ordinationes et decreta debite prosecutioni demandarentur, eam ob rem statuendo in nostri medio agilem Petrum Pathakfalway, omnes premissas ordinationes nostras et decreta intelligibili voce, publice et in audiencia omnium in congregacione iamdicta constitutorum f[e]cimus<sup>6)</sup> provulgare (*így!*) per prefatum Petrum pariter et declarare.

Postremo ut iudices sepedicti pariformiter eligerentur, ex consensu totius congregacionis in presentia omnium inibi existentium hos infrascriptos pro iudicibus regni ex potioribus regni nostri sepedicti, primipolisque sedium prefatarum Wdwarhel et Keresthw<sup>r</sup> duximus constitutendos, videlicet Paulum Nywthodi, Anthonium Kachai, Jo-hannem Benedekfi et Petrum de Bethlenfalwa, Petrum Pathakfalwai, Clementem Kedei, Petrum Lokudi, Franciscum Kedei, Gregorium Zombathfalwai, Emericum Wagasi, Clementem Pathakfalwai, Michaelem Markos, Blasium Byro, Balthasarum Lengenfalwai, Blasium Fanchali, Michaelem Akadachi et Lucam Galfi. Quosquidem iudices generales ex certa nostra scientia electos iuxta premissa nostra decreta ad depositionem pretactorum iuramentorum in ipsa nostra congregacione cum astrinxissetus, i(i)dem iudices, pro < ut ><sup>7)</sup> rationis ordo exigebat, ipsum iuramentum modo superius declarato coram nostra congregacione deposuerunt.

Eam ob rem et nos similiter tam proceres et potiores, quam primipoli et simplices elevatis nostris dextris manibus coniuravimus, quod omnia nostra premissa decreta inviolabiliter et irrevocabiliter observabimus et ab omnibus observari faciemus.

In quorum omnium et singulorum testimonium presentes litteras nostras ordinationales et decretorias sigilli nostri munimine duximus roborandas.

<sup>6)</sup> Kiszakadva.

<sup>7)</sup> Kiszakadva.

Datum in Wdwarhel, anno et die prescriptis.  
Sumpmo<sup>8)</sup> capitaneo Johanne de Begez existente.

1505.  
nov.  
20.

## 125.

1505. dec. 31.

*A kolosmonostori convent előtt özvegy veresmarti Czikó Jánosné Bogáti Orsolya asszony kundi és gogánfalvi részbirtokait, paniti, szőtelki, hoczói, felei, szentiváni, csitfalvi, malomfalvi, nyárádtói, folyfalvi, cserefalvi és váczmáni székely örökségeit és lófősségeit, eltartása és ruházása fejében, négyszáz magyar arany forintért náznánfalvi Thamássy Ferencnek és Bernátnak vallja.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36399. (Kolosm. Prot. minus O. fol. 73.)*

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra. Memorie commendamus, quod nobilis domina Ursula vocata, filia condam Johannis de Bogath, relicita videlicet condam Johannis Czyko de Weresmarth coram nobis personaliter constituta oneribus et quibuslibet gravaminibus cunctorum fratrum et consanguineorum suorum in subnotandis per omnia super se assumptis sponte confessa exstitit in hunc modum, quod quia ipsa iam senectutis onere foret multum aggravata, nec sola de cetero vite sue in necessitatibus se ipsam iuvare valeret, sed omnem sue vite necessitatem sua vita durante in agiles et nobiles Franciscum et Bernaldum Thamassy de Naznanfalwa fratres scilicet suos consanguineitatis in propinquiori linea sibi adherentes statuisset committendo hoc modo, quod quamdiu ipsa domina Ursula in humanis egerit, iidem Franciscus et Bernaldus Thamassy eandem dominam Ursulam tenere, fovere vestireque et omnimode nutrire, ac tandem dum eandem ex hoc seculo decidere contingret, eandem honorifice sepeliri facere debeant et

<sup>8)</sup> E szóval kezdődő sor az oklevél szövegétől eltérő írással.

teneantur. Ob ea dicta domina Ursula deliberato anima maturaque deliberatione in se prehabita universa bona sua nobilitaria, puta portiones suas possessionarias in Kwnd et Goganfalwa possessionibus vocatis, in comitatu de Kykellew existentibus habitas, item universas etiam hereditates sicalicales intra metas possessionum Panith, Zathelke, Hotthczo, Fele, Zenthyan, Chythfalwa, Malomfalwa, Nyarathew, Folyfalwa, Cherefalwa et Waaczman vocatarum omnino in sede Maros existentium adiacentes simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, fenetis, pascuis, silvis, nemoribus, montibus, vallisbus, aquis, flaviis, piscinis, molendinis, piscinarumque et molendinorum locis, generaliter voro cunctarum utilitatum et pertinentiarum integratibus quovis nominis vocabulo vocitatis et appellatis, item universa etiam officia primipulatus sua in prescriptis possessionibus sicalicalibus sedis Maros, que habuisset, cum omnibus proventibus eorundem de iure et ab antiquo ad easdem et eadem spectantibus et pertinere debentibus memoratis Francisco et Bernaldo Thamassy fratribus suis pro premissis nutritione et vite necessitatum administratione in quadringentis florensis auri hungaricalibus dedisset et inscrisisset, immo dedit et inscrisit iure perhennali. Antefati etiam Franciscus et Bernaldus Thamassy ipsam dominam Ursulam vita sibi comite tenere, fovere vestireque et omnimode nutrire, et ut premittitur dum vite cursum terminaverit honorifice sepeliri facere assumserunt in nostri presentia, tali modo, quod casu quo quispiam fratrum vel consanguineorum prefate domine Ursulo prelibatos Franciscum: et Bernaldum Thamassy de prescriptis bonis nobilitaribus, sed et hereditatibus sicalicalibus ejicere seu excludere niteretur quoquomodo, extunc talis ante litis ingressum quadringentos florenos auri hungaricales pretitulatis Francisco et Bernaldo deponere et persolvere debeat et teatur; isto tamen dempto, quod si nobilis domina Anna vocata, filia antefate domine Ursule, consors videlicet nobilis Petri Bewlkeny de Yspanlaka pretitulatas portiones

possessionarias, nec non hereditates sicalicales et primipulatus officia ad se recipere vel sibipsi rehabere vellet, extunc ipsa domina Anna annotatis Francisco et Bernaldo Thamassy non quadringentos florenos, sed solum expensas, quas iidem secundum deum et eius iustitiam fecisse nominaverint, persolvere teneatur, quibus persolutis prememorati Franciscus et Bernaldus easdem eidem remittere et resignare debeant et teneantur harum nostrarum testimonio litterarum mediante. Datum in festo beati Silvestri pape, anno 1505.

1505.  
dec.  
31.

## 126.

1505. Görgény.

*Tanuvallatás a Kis Miklós lófő székely nevű lófőség felett Szepsi Ambrus, Kis Péter, Péter János és Benes Barnabás között folyt perben.*

*Bejegyzés az Alia Sámuel leveleinek laistroma c. füzetben, birtokomban.*

*Jegyzet.* Ezt a hosszában külön-külön összehajtott és a hét ládiákkal álló levéltárnak megfelelőleg hét, illetve nyolc ív papírból képzült regestrumot 1638. júl. 8., 10. és 11. napjain Désen, nyilván egy fejedelmi cancellista írta s azután varrta össze, hogy Rákóczi György az egyes íveket sajátkezüleg *Sub litera A. B. C. D. E. F. G.* jelzésekkel ellátta.

Inquisitio iudiciaria inter Ambrosium Szepsi, Petrum Kis, Joannem Peter et Barnabam Benes super primipilatu Kis Miklos lófeó zekely vocato, in arce Georgeny in termino sicalicali 1505. commissa.

1505.

## 127.

1506. jún. 1. Udvarhely.

*Adorján Gergely özvegye, Dorottya asszony kisgalambfalvi és remetei részbirtokait a székelyek udvarhelyi bírósága előtt Nemes Jánosnak és Forró Antalnak vallja.*

*Bejegyzés 1638-ból az Alia Sámuel leveleinek laistroma c. füzetben, birtokomban.*

Litterae fassionales Dorottheae relictae Gregorii Adorian, Joanni Nemes et Anthonio Forro Bassa super portionibus Kis Galambfalua et Remete habitis, coram universis iudicibus siculorum in Vduarhely feria secunda octavae Ascensionis Domini 1506. exaratae.

1506.  
jún.  
1.

## 128.

1506. nov. 1. körül.<sup>1)</sup>

*II. Ulászló megparancsolja Lázár András marosszéki székely főúrnak, hogy Szabó Imre ügyében, aki önvédelemből Fülöp somosdi székelyt megölte, a felek kihallgatása után hozzanak új ítéletet.*

*Bejegyzés egy XVI. századi stylionariumban, a Nemzeti Múzeum kt., Cod. sec. XVI. fol. lat. 1930. pag. 161/b.*

### NOVUM IUDICIUM AD SICULOS, QUANDO PROPTER METUM NON COMPARUERIT.

Wladislaus etc. Fideli nostro egregio et agili Andree Lazar primori siculorum nostrorum, ceterisque universis sicutilis sedis Zekelwasarhel presentes visuris salutem et gratiam. Expositum est maiestati nostre in persona agilis Emerici Zabo siculi in eadem sede commorantis,<sup>2)</sup> quod cum in Carnisprivio proxime transacto quidam Philippus t. sicutus de Somosd domum et curiam nobilitarem ipsius Emerici hostiliter noctis in silentio invasisset, eundem Emericum ad mortem insecuturus, tunc ipse exponens in sui defensione utcunque prefatum Philippum vulnerasset, quo vulnere idem etiam tandem obiisset; quam ob rem cum ipse exponens in iudicium accersitus fuisset, timore percitus se a facie iuris absentasset, qui si ut intelligimus interesse ausus fuisset, partesque et iura sua tutari potuisse, sperasset se ex hoc nullum onus incurrisse. Unde nolentes ipsum ex improviso et preter debitum iuris ordi-

febr.  
24.

<sup>1)</sup> A codexben közvetlen az oklevél után a királynak egy 1506. nov. 1-én kelt oklevele következik. — Teleki Okl. II. 200.

<sup>2)</sup> commorans a bejegyzésben.

nem impediri, mandamus fidelitati vestre etc., quatinus non obstante priore iudicio vestro, causam premissam rursus vestri in presentiam assumere et partes ipsas coram vobis astari facere, et iuxta earundem documenta et iura ipsam causam de novo et ex novo revidere et adiudicare, et id, quod iustum visum fuerit, in ea re facere et decernere debeatis, auctoritate nostra presentibus vobis in hac parte attributa et iustitia mediante. Secus non facturi. Presentibus. Datum etc.

## 129.

1507. jan. 7. Udvarhely.

*Geréb Márton és Kaczay Antal a galambfalvi és remetei részbirtokok felett folytatott perben a székelyek udvarhelyi bírósága előtt megegyeznek.*

*Bejegyzés 1638-ból az Alia Sámuel leveleinek laistroma c. füzetben, birtokomban.*

Compositionalis inter Martinum Gereb actorem et Anthonium Kathay<sup>1)</sup> in causam attractum super portionibus Galambfalua et Remete certis conditionibus, coram universis iudicibus siculorum emanata in Vduarhely feria 5. proxima post Epiphaniam 1507.

1507.  
jan.  
7.

## 130.

1507. máj. 5.

*A kolosmonostori convent előtt a néhai testvére, Békési Gergely deák székely örökségeiből és nemesi javaiból kielégített Békési Pál deák sógorasszonyának, Honának és férjének, csávási Erdő Miklósnak menedéket vall.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. It. MODL. 36399. (Kolosm. Prot. minus O. fol. 92.)*

<sup>1)</sup> Kachay helyett hibásan. — V. ö. az 1505. nov. 20-iki székely nemzetgyűlés választotta bírák névsorával, ezen kötet 220. l.

máj.  
4.  
1507.  
máj.  
5.

Conventus monasterii beate Marie virginis de Kolos-monostra. Memorie commendamus, quod egregius Paulus litteratus de Bekes coram nobis personaliter constitutus sponte et libere confessus est in hunc modum, quod quia sibi egregius Nicolaus Erdew de Chawas et generosa do-mina Elena vocata, relict a olim Gregorii litterati de dicta Bekes fratris eiusdem Pauli litterati, nunc vero consors dicti Nicolai Erdew, de et super universis portionibus, que de omnibus hereditatibus tam sicalibus quam nobilitaribus, rebus etiam et quibuslibet bonis mobilibus et inmobilibus, nec non argenteriis dicti condam Gregorii litterati eidem Paulo litterato provenire debuissent, puta ad valorem trecentorum et septuaginta unius florenorum se extendentibus iuxta continentiam aliarum litterarum spectabilis et magnifici comitis Petri comitis de Sancto Georgio et de Bozyn, iudicis curie regie maiestatis vay-vodeque Transsilvani et comitis siculorum compositiona-lium pariter et obligatoriarum feria tertia proxima post festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum noviter preteritum plenariam atque omnimodam impendissent satisfactionem, ideo ipse Paulus litteratus eosdem Nico-laum Erdew et dominam Elenam consortem, nec non Gas-par et Balthasarem filios ac puellam Katherinam filiam eorundem de et super huiusmodi plenaria satisfactione quitos, expeditos et per omnia absolutos reddidisset et commisisset, immo ad plenum contentus de et super pre-missa satisfactione quitos, expeditos et per omnia absolu-tos reddidit et commisit in nostri presentia harum nostra-rum testimonio litterarum mediante. Datum in festo beati Gothardi episcopi, anno Domini Millesimo quingentesimo septimo.

## 131.

1508. ápr. 5. Székelyvásárhely.

*Héderfáji Barlabássy Lénárt erdélyi alvajda és szé-kely alispán előtt sáromberki Nagy Ilyés szederjesi rész-*

birtokát Torda vármegyében tizenöt arany forint és ötven dénárért nagyernyei Székely Bernátnak elörökíti.

Eredetije papíron, alján papírral fedett zöld pecséttel a Teleki-cs. marosvásárhelyi lt., Iszlay-iratok.

A kivehetetlen cimerű pecsét körirata: † S. STEPHANI DE ... SERVI IHV.

Nos Leonardus Barlabassy de Hederfaya vicevayvoda Transsilvanus et sicularum vicecomes etc. Memorie commendamus, quod nobilis Elias Nagh de Sarom[b]erek<sup>1)</sup> onera et quelibet gravamina cunctorum prolium ac fratum et consanguineorum suorum, si in subscriptis persistere nollent, per omnia super se assumendo coram nobis personaliter constitutus sponte et libere confessus est in hunc modum, quomodo ipse matura intra se deliberatione prehabita totalem portionem [su]am<sup>2)</sup> possessionariam in possessione Zederyes vocata, in comitatu Thordensi existenti habitam simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, [ut]puta<sup>3)</sup> terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, silvis, n[emo]ribus,<sup>4)</sup> v[ir]gultis,<sup>5)</sup> aquis, aquarumque decursibus, montibus, vallibus, nec non piscinarum ac molendinorum locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum eiusdem integratisbus quovis nominis vocabulo vocitatis, ad eandem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus nobili et agili Bernaldo Zekel de Naghernyee pro quindecim florenis auri et quinquaginta denariis ab eodem, ut dixit plene receptis et habitis dedisset, vendidisset, contulissetque et inscripsisset iure perpetuo et irrevocabiliter tenendum, possidendum pariter et habendum, ymmo dedit, vendidit, contulitque et ascripsit coram nobis, nullum ius, nullamve iuris et dominii proprietatem in eisdem pro se et suis heredibus reservando, sed totum ius, omnemque iuris et dominii proprietatem, si quod et quam portione possessionaria et suis pertinentiis in predictis haberet vel habere sp[er]aret<sup>6)</sup> etiam in futurum, in prefatum Bernaldum Ze-

<sup>1)</sup>—<sup>5)</sup> Kiszakadt betük és szótágok.

<sup>6)</sup> Kiszakadt betük.

1508. ápr. 5.  
kel transferendo pleno iure harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in oppido Zekelwasarhel, feria quarta proxima post dominicam Letare, anno Domini Millesimo quingentesimo octavo.

## 132.

1508. aug. 7.

*A kolosmonostori convent előtt csáni Nagy Miklós és Mihály egyfelől, másfelől Csegezi Fábián deák Tancsháza pusztabeli, szindi és csegezi részbirtokaikat kölcsönösen elcserélik.*

Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36405. (Kolosm. Prof. minus Michael fol. 139.)

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra. Memorie commendamus, quod nobiles Nicolaus et Michael Nagh dicti de Chan ab una, ac Fabianus litteratus de Chegez ab alia partibus coram nobis personaliter constituti, iidem etiam Nicolaus et Michael Nagh oneribus et quibuslibet gravaminibus nobilium dominarum, puta prefatus Nicolaus Nagh Potenciane, dictus siquidem Michael similiter Nagh Lucie consortum eorumdem, item prelibatus Fabianus litteratus similiter nobilium domine Katherine Thanch dicte genitricis, nec non Johannis fratris germani et domine Ursule sororis suorum in subnotandis per omnia super se ipsos assumptis sponte sunt confessi in hunc modum, quod quamvis ratione et pretextu cuiusdam portionis predialis in predio Thanchhaza vocato in comitatu Thordensi adiacente habite partes inter easdem certe lites et controversialis materie suborte fuerint et ventilate, tamen ex certorum proborum hominum ordinativa compositione ad talem pacis et concordie devenerunt unionem perpetuo duraturam, sicuti etiam devenerunt in nostri presentia, quod primo prenominati Nicolaus et Michael Nagh totalem ipsorum portionem possessionariam in possessione Zynd vocata,

in comitatu Thordensi existente habitam simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, fenetis, pascuis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis et vinearum promontoriis, virgultis, rubetis, aquis, fluviiis, item totalem etiam ipsorum portionem hereditariam, puta directam medietatem cuiusdam ortus (*így!*) in possessione predicta Chegez in terra sicalicali in sede. Aranyas existenti habitam simul cum universis fructibus, utilitatibus et proventibus ad easdem portiones tam possessionariam quam etiam hereditariam de iure et ab antiquo ad easdem spectantibus et pertinere debentibus pretitulato Fabiano litterato, nec non dictis domine Katherine genitrici ac Johanni fratri germano et domine Ursule sorori eiusdem dedissent, donassent et contulissent; tandem etiam sepefatus Fabianus litteratus totalem illam portionem predialem, quam scilicet idem Fabianus litteratus, sed et dicti domina Katherina ac Johannes frater et domina Ursula soror eiusdem in prescripto predio Thanchhaza habuissent, vel que eosdem concernere potuisset, simul cum cunctis eiusdem utilitatibus, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, fenetis, pascuis, montibus, vallibus, generaliter autem cunctarum utilitatum et pertinentiarum integratibus et proventibus quibuslibet, ad eandem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus nobilibus Nicolao et Michaeli Nagh, ac dominabus Potenciane et Lucie consortibus eorundem dedissent, donassent et contulissent, immo dederunt, donaverunt et alter alteri mutua vicissitudine contulerunt in nostri presentia iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas, pariter et habendas, nullum ius, nullamve iuris et dominii proprietatem partes pretitulare portionibus in prescriptis sibipsis reservando, sed totum et omne ius, omnemque iuris et dominii proprietatem, quod videlicet et quam eadem partes in preassertis portionibus habuissent, vel in futurum quomodolibet habere sperassent, in alterutrum transferendo pleno iure; isto etiam per expressum declarato, quod si qua partium pre-

missam ordinativam compositionem in parte vel in toto  
infringere vel retractare niteretur modo aliquali, tunc  
talis pars in premissis non persistens contra partem al-  
teram in premissis persistentem solum vigore presentium  
in mille florenis auri hungaricalibus convincatur et con-  
victa habeatur eo facto. Ad que omnia premissa et pre-  
missorum quevis singula partes antefate personalibus  
earundem astantiis in ipsarum, sed et aliorum nominibus  
et personis quorum supra se se obligarunt coram nobis  
harum nostrarum testimonio litterarum mediante. Datum  
1508.  
aug.  
7. feria secunda proxima ante festum beati Laurentii mar-  
tyris 1508.

## 133.

1509. jul. 26.

*A kolosmonostori convent előtt egyfelől Was Gergely, másfelől neje Margit asszony, özvegy fráta Boncza Miklósné és leánya Boncza Magdolna, a berekereszti ne-mesi udvarházat, a Meggyes ágon és a Halom nem Náz-nán ágán birt két lófösségi tisztséget s a májai és kendői székely örökségeket, illetve a magyar- és oláhfráta, vel-kéri, hoszáti és szávai részbirtokokat illetőleg csereszerző-désre lépnek.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36399. (Kolosm. Prot. minus O. fol. 167.)*

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colos-  
monostra. Omnibus Christi fidelibus tam presentibus  
quam futuris presentes respecturis (*így!*) salutem in  
salutis largitorem. Ad universorum notitiam presentium  
serie volumus pervenire, quod nobiles Gregorius Was de  
Fratha ab una, nec non domina Margaretha alias relicita  
condam Nicolai Boncza de eadem Fratha, consors videlicet  
ipsius Gregorii Was, et puella Magdalena filia eiusdem  
domine Margarethe a prefato condam Nicolao Boncza  
procreata ab alia partibus coram nobis constituti perso-  
naliter, sponte per easdem partes confessum exstitit et re-

latum in hunc modum, quomodo ipsi talem inter se fecissent ordinationem et concambialem permutationem perpetuo duraturam, quod primo prefatus Gregorius Was domum et curiam nobilitarem suas in possessione Berekerzthwr in sede Zerdazek existenti habitas, nec non officia duorum primipulatum<sup>1)</sup> in linea Meggyes et aliud de genere Halom in linea Naznan, item universas hereditates sicuticales suas in possessionibus Maya et Kendew vocatis, in dicta sede Zerdazek existentibus habitas cum cunctis utilitatibus, proventibusve et pertinentiis quibuslibet, generaliter autem quarumlibet utilitatum et pertinentiarum integratibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus prelibatis domine Margarethe consorti et puelle Magdalene filie eiusdem, nec non alteri puelle Katherine eorundem Gregorii Was et domine Margarethe filie; econverso etiam eedem domina Margaretha et puella Magdalena totales ipsarum, portiones in domo et curia nobilitare dicti condam Nicolai Boncza prioris scilicet mariti ipsius domine Margarethe atque patris dicte puelle Magdalene in possessione Magyarfratha, eadem siquidem puella Magdalena totales portiones suas possessionarias in possessionibus Magyarfratha, Olahfratha et Welker in de Colos, nec non Hosdad et Zawa in de Doboka comitatibus existentes, puta undecim sessiones iobagionales, quarum in prima quidem Petrus Symon in dicta Magyarfratha, in alia Johannes Paap, in tertia alter Johannes Cheh Thelky, in quarta Maan in Olahfratha, in quinta Stephanus Folnagh, in sexta Nicolaus similiter Folnagh, in septima Johannes Kapas in Hosdaad, in octava Stephanus Zthoyka, in nona Valentinus Kenez, in decima Daan in Welker, in undecima Petrus Bartha cum Petro et Stephano filiis suis in Zawa possessionibus prescriptis residerent; item annotata domina Margaretha quasdam quinque sessiones iobagionales, quarum in prima Gallus Desew, in secunda Anthonius Kowach in Magyarfratha,

<sup>1)</sup> primipulatorum *a fogalmazványban*.

in tertia Salomon, in quarta Stephanus Thywadar in Olahfratha, in quinta et ultima Stephanus Bereczk in Hasdath possessionibus prescriptis residentias facerent speciales, possessionibus eisdem in prescriptis habitas et quartam partem totalis proventus dicti condam Nicolai Boncza in molendino super fluvio Wyzamos intra metas prescripte possessionis Hasdath existenti decurrente, nec non etiam totalem portionem eiusdem condam Nicolai Boncza in piscina Sylaktho vocata penes dictam possessionem Olahfratha adjacenti habitam, que erga manus eiusdem domine Margarethe pro dote et rebus parafernaliibus suis eidem de bonis rebusque, nec non portionibus et iuribus possessionariis ipsius condam Nicolai Boncza prioris domini et mariti sui provenire debentibus pignoris titulo haberentur, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, fenetis, pascuis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearum promontoriis, rubetis, virgultis, aquis, fluviis, aquarumque et fluviorum decursibus, piscinis, piscaturis atque molendinis, nec non piscinarum et molendinorum locis, generaliter vero cunctarum utilitatum et pertinentiarum integratibus, qualicunque nominis vocabulo vocitatis et appellatis, de iure et ab antiquo ad easdem spectantibus et pertinere debentibus prelibato Gregorio Was domino et marito suo tum pro prescriptis bonis et hereditatibus atque primipulatibus sicalibus, tum vero pro centum florenis, quos idem Gregorius Was in nonnullis earundem domine Margarethe et puelle Magdalene causarum processibus expensisset, dedissent, donassent, inscripsissentque et concambialiter permutassent, immo dederunt, donaverunt, inscripseruntque et concambialiter permutaverunt in nostri presentia iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas et in filios filiorum habendas, nullum ius nullamve iuris et dominii proprietatem sibipsis reservando, sed totum et omne ius omnemve iuris et dominii proprietatem, quod videlicet et quam eadem partes in pretactis bonis, hereditatibus, primipulatibusque sicalibus, nec

non portionibus possessionariis et sessionibus iobagionalibus concambialiter permutatis hactenus habuissent vel in futurum quomodolibet se habere sperassent in alterutrum transferendo pleno iure. Assumpmentes nichilominus partes iamfate se se mutuo in pacifico dominio prescriptarum hereditatum portionumque possessionariarum concambialiter permutatarum contra quoslibet legitimos imcompetidores, causidicos et actores tenere, tuerique et conservare propriis ipsarum laboribus et expensis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum in festo beate Anne matris Marie, anno Domini Millesimo quingentesimo nono.

1509.  
júl.  
26.

**134.**

1510. ápr. 20.

*A kolosmonostori convent előtt Gerendi László és neje, Gertrud asszony, özvegy szentmártoni Sándor Jánosné egyfelől, másfelől héderfáji Barlabássy Lénárt és társai a Gertrud asszony fiának, Sándor Gáspárnak az atya birtokai jövedelméből tizenkét éves koráig évenként fizetendő száz-száz forintra nézve egyességet kötnek.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36405. (Kolosm. Prot.  
minus Michael fol. 160.)*

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonstra. Memorie commendamus, quod egregius Ladislaus de Gerend et generosa domina Gedrud vocata, alias relicta egregii condam Johannis Sandor dicti de Zenth Marthon, nunc vero consors eiusdem Ladislai Gerendy constituti coram nobis personaliter, onera et quilibet gravamina nobilis pueri Gaspar filii iamfate domine Gedrudis de prefato condam Johanne Sandor priori scilicet domino et marito eiusdem procreati in subnotandis per omnia super se ipsos assumpmendo sunt confessi sponte in hunc modum, quod quia superioribus annis,

dum videlicet idem Ladislaus Gerendy dictam dominam Gedrudem sibi accepisset in consortem, iidem Ladislaus Gerendy et domina Gedrud cum egregiis Leonardo Barlabassy de Hederffaya vicevayvoda Transsilvano ac Gaspar Sykesd de Theremy, Johanne Baladffy de Kyskend et Alexio de Haranglab fratribus utputa et consanguineis prefati Gaspar pueri ratione et pretextu proventum dc bonis prelibati condam Johannis Sandor in ipsum Gaspar puerum condescensis annuatim proveniendorum talem fecissent ordinativam compositionem, ut iidem Ladislaus Gerendy et domina Gedrud singulis annis, quoisque prefatus Gaspar puer ad duodecimum pervenerit annum, dc pretactis bonis prefati condam Johannis Sandor ad rationem iamfati Gaspar pueri semper centum florenos paratis in pecuniis manibus prenominati Leonardi Barlabassy dare et assignare deberent et tenerentur conservandos, de quibusquidem huiusmodi florenis iam ducentos florenos iuxta premissam ordinationem manibus eiusdem Leonardi Barlabassy paratis in pecuniis dederant et assignaverant. Tamen nunc de novo et ex novo cum prenominato Leonardo Barlabassy et aliis predictis ad talem ordinatio- nis devenissent unionem, quod antefati Ladislaus Gerendy et domina Gedrud consors eiusdem in conser- vatione dictorum centum florenorum ut premittitur ad rationem dicti Gaspar pueri singulis annis reponendorum universas curas in se ipsos receperissent et levassent, tali modo, ut memoratus Leonardus Barlabassy prenarratos ducentos florenos, quos iam uti asseritur paratis in pecuniis manibus suis dederant conservandos, eorundem Ladislai Gerendy et domine Gedrudis modo simili pecuniis in paratis manibus dedisset et assignasset, ita vide- licet, ut et alios singulos centum florenos singulis annis futuris, quoisque dictus Gaspar puer duodecim attigerit annum, iidem Ladislaus Gerendy et domina Gedrud prefato Gaspar puero tenere et conservare, eundemque superinde plenarie contentum reddere debeant et tenean- tur. De quorumquidem ducentorum florenorum manibus eorundem assignatione et aliorum singulorum centum flo-

renorum annuatim conservandorum manibus eorundem inmissione prefatum Leonardum Barlabassy quitum, expeditum et per omnia absolutum reddidissent et commisissent; assumpmentes nichilominus prememorati Ladislaus Gerendy et domina Gedrud consors eiusdem, quod si temporis in successu dictus Gaspar puer annotatum Leonardum Barlabassy pretextu pecuniarum suarum de bonis suis paternis iuxta premissam ordinationem sibi annuatim reponendarum modo, via et ordine aliquibus molestare seu inquietare vellet aut niteretur, tunc universa onera et garavamina, que eidem Leonardo Barlabassy exinde evenire et accidere possent, in se ipsos reciperent et levarent; immo quitum, expeditum et modis omnibus absolutum reddiderunt et commiserunt, universa etiam onera et gravamina in premissis super se levaverunt et receperunt in nostri presentia testimonio harum nostrarum litterarum mediante. Datum sabbato proximo ante festum beati Adalberti episcopi et martyris, anno 1510.

1510.  
ápr.  
20.

## 135.

1512. febr. 1. Nagyenedy.

*Thuróczi Miklós és Barlabássy Lénárt erdélyi alvajdák és székely alispánok szentiváni Apor Lukácsnak, kőrösptaki Kálnoky Tamásnak, Nagyborosnyai Ferencnek és Szentgyörgyi Daczó Jánosnak meghagyják, hogy az iránt, valjon a Nemes családnak Hidvég határában az Olt folyón volt-e nagy közlekedő hajója, vagy ilyent Nagybólön és Mogyorós között régtől fogva a nagybölöni szent Katalin egyház tartott volna fenn, Mogyorón tartasanak vizsgálatot.*

*Eredetije papíron, alján Thuróczi M. papírral fedett gyűrűs pecsétjével az Erd. Múzeumban, Báró Kemény lt., Codex authenticorum Keményianorum IV. 10.*

*A pecsét: Kerek talpu pajzsban jobbra néző, ülő mókus (!) hátára felkunkorított farkkal. A pajzs felett T. N. betűk.*

*Regestája Történelmi Tár 1907. 106.*

Nicolaus de Thwrocz et Leonardus Barlabassy de Hederfaya vicewayvode Transsilvani et siculorum vicecomites. Nobilibus ac agilibus Luce Apor de Zenth Iwan, Thome Kalnoky de Kewrespathaka, Francisco de Naghboroznyo et Johanni Daczo de Zenth Gewrgh debitam reverentiam cum honore. Noveritis, quod nobis die dominico proximo ante festum Purificationis beatissime virginis Marie unacum nonnullis harum partium Transsilvanarum nobilibus hic in oppido Enyed constitutis et existentibus nobilis Michael Nemes de Hydweg iuxta continentiam litterarum vicarii ecclesie Albensis Transsilvane transmissionalium pariter et prorogatoriarum in figura nostri iudicii personaliter comparendo, presente ibidem et audiente agile Osualdo Kandal dc Naghbelen, vitrico ecclesie beate Katherine virginis et martyris in eadem possessione Naghbelen fundate contra eundem proposuit eo modo, quod quamvis progenitores prefati actoris et perconsequens idem actor simul cum ceteris fratribus suis semper et ab antiquo super fluvio Olth in territorio dicte possessionis Hydweg in comitatu Albensi Transsilvano existentis navem transvadalem habuerint atque tenuerint nullo penitus contradictore apparente, tamen prefatus Osualdus Kandal vitricus ecclesie beate Katherine virginis predicte ipsum actorem simul cum dictis fratribus suis ab ulteriori conservatione et edificatione navis transvadalnis tam per censuras ecclesiasticas, quam sue<sup>1)</sup>) alias per contradictiones et inhibitiones diversimode perturbasset inquietareque non cessando ac ipsam navem seu vadum ipsius actoris ab eodem omnino deperdere satagendo<sup>2)</sup> in dies in preiudicium et dampnum prefati Michaelis Nemes et aliorum fratrum eiusdem predictorum valdemagnum. Quo auditio prefatus Osualdus Kandal vitricus ecclesie predicte personaliter in eandem nostram exsurfendo presentiam respondit tali modo, quod eadem ecclesia beate Katherine virginis inter pr-

<sup>1)</sup>) suas helyesen.

<sup>2)</sup>) satagando az eredetiben.

scriptam possessionem Naghbelen et possessionem Monyoros vocatam super prescripto fluvio Olth semper magnam navem transvadalem habuisset atque tenuisset, dicti vero nobiles de Hydweg nullo unquam tempore talem navem transvadalem super eodem fluvio in dicto territorio possessionis Hydweg tenuissent, sed tantummodo parvas naves asseribus tectas habuissent, prescripte navi iamfate ecclesie in proventibus minime nocituras, sicque ipse Osualdus Kandal in causam attractus annotatum actorem a nova preparatione navis transvadalit merito et de iure prohibuisset, ne proventus navales dicte ecclesie ab eadem deperderet. Et quia prefatus Michael Nemes actor in verificationem actionis et acquisitionis sue prenotate se in premissis veridice attestationi vicinorum atque commetaneorum prescriptarum possessionum Hydweg et Naghbelen, nobiliumque comprovincialium atque ignobilium pretacti comitatus per formam communis inquisitionis fiende submittebat, prefatus etiam Osualdus Kandal in causam attractus in signum innocentie et immunitatis sue similiter se in premissis ad ipsam attestationem et communem inquisitionem nobis litteratorie requirentibus benivole committebat, ad quam faciendum vos pro utrisque partibus necessarie transmitti debeat. Requirimus igitur vos et nichilominus vobis in persona spectabilis et magnifici domini nostri gratiosi Johannis comitis terre Scepusiensis wayvode Transsilvani et sicularum comitis etc. firmiter committimus, quatinus agnitis presentibus < feria secunda proxima post festum beati Georgii martyris nunc venturum ><sup>3)</sup>) ad faciem possessionis < Monyoros predicte ><sup>4)</sup>) personaliter accedere eisdemque universis vicinis et commetaneis possessionum earundem, nobilibusque comprovincialibus atque ignobilibus pretacti comitatus Albensis per easdem partes sub onere sedecim marcarum illac insimul et ad unum locum convocandis et congregandis, eosdemque ad fidem eorum

ápr.  
26.

<sup>3—4)</sup> A kezdetben üresen hagyott helyekre más kéznek más tentával későbbi betoldásai.

deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et sacro regio eius diademati observandam, tacto dominice crucis signo prestandam, odio, favore, amore, timore, premio, prece et pretio partium postergatis, absque scrupulo cuiuslibet falsitatis, solum deum et eius iustitiam ferendo pre oculis de eo, utrum prefatus Michael Nemes actor simul cum fratribus suis super prescripto fluvio Olth in territorio dicte possessionis Hydweg magnam navem transvadalem<sup>5)</sup> tenuerint ab antiquo, nullo penitus contradictore apparente, vel autem prescripta ecclesia beate Katherine virginis et martyris inter prescriptas possessiones Naghbelen et Monyoros super sepefato fluvio Olth semper et ab antiquo magnam navem transvadalem habuerint et tenuerint, dictus vero actor simul cum dictis ceteris fratribus suis talem magnam navem transvadalem nullo unquam tempore conservaverint, sed tantummodo parvas naves asseribus tectas habuerint prescripte navi iamfate ecclesie in proventibus minime nocituras an ne, more communis inquisitionis quemlibet eorum seorsum et singillatim investigando sciatis, inquiratis et experiamini meram, plenam atque omnimodam de premissis certitudinis veritatem. Et post hec huiusmodi rescite veritatis premissorum attestationis et communis inquisitionis seriem, quomodo scilicet et sub quibus formis verborum per quemlibet eorum singillatim fuerit attestatum cum propriis et possessionum attestantium nominibus ad < quintumdecimum diem ><sup>6)</sup> diei ipsius vestre exsequotionis modo simili fide christiana vestra mediante nobis suo modo rescribere aut oretenus referre debeatis. Secus non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum loco et termino in prenotatis, anno Domini Millesimo quingentesimo duodecimo.

1512.  
febr.  
1.

<sup>5)</sup> habuerint et *innen kitörölve*.

<sup>6)</sup> Az oklevél írásakor üresen hagyott helyre más kéz más tenzával később írta be.

## 136.

1513. febr. 23.

*Pál deák gyulafehérvári consistoriumi irnok előtt monyáti Ilyés Péter kötelezi magát, hogy Erős Andrásnak lekaszált szénája helyett két szekér szénát ád, ötven dénár költségét megtéríti és őt a szóban forgó rét s a monyáti Mártonffy Mihálytól és nejétől szerzett örökségek békés birtokában nem háborgatja.*

*Ereditije papíron, pecsét nélkül, a gróf Teleki-cs. marosvásárhelyi lt., Sárdi Simény-iratok 8. 28.*

1513. die Mercurii, que fuit vigesima tertia mensis Februarii coram me Paulo litterato scriba stili consistorialis Albensis ac testibus infranominatis Andrea Ereus ut actore ab una, et Petro Yllyes de Monyath veluti reo partibus ab alia comparentibus, eedem partes retulerunt se se mutuo ac vicissim in causa coram domino vicario ratione et pretextu certorum fenorum, per eundem Petrum Yllyes in prato suo sub silva Bodnyr vocata existente et nuper per eundem Andream Ereus in hoc foro spirituali Albensi iudicialiter obtento defalcatorum et temere occupatorum et usurpatorum mota ita concordasse, ut scilicet idem Petrus Yllyes occasione dictorum fenorum anno iam proxime venturo duo plastra fenorum bona et optima dare et assignare, et cum hoc expensas quinquaginta denariorum eidem Andree huc Albam ad diem Cene Domini proxime venturum [per]<sup>1)</sup> aliquem hominem huc venientem transmittere et sic quoque idem Petrus Yllyes possessioni dicti prati et aliarum hereditatum per eundem Andream Ereus noviter de manibus Michaelis Marthonffy de Monyath et domine Veronice consortis sue obtentarum per omnia ac modis omnibus cedere et eundem Andream Ereus in liberam ac pacificam possessionem dicti prati et hereditatum universarum dimittere beat et teneatur renitentia et occasione sine omni. Presentibus

513.  
febr.  
123.

márc.  
24.

<sup>1)</sup> Kiszakadt.

ibidem Johanne plebano dc Wasarhell et altero Johanne presbytero capellano archidiaconatus Dobocensis et quodam Francisco in Wasarhel commorante.

Et ego Thomas de Nyres notarius Albensis ac tabellio iuratus super premissis omnibus in hac signatura contentis iidem facio indubiam.<sup>1)</sup>)

## 137.

1515. ápr. 30. Fogaras.

*Thomory Pál levele az eperjesiekhez, mely szerint a brassai és barcza-sági előkelő szászokkal és a „nem szeretem erkölcsű“ székelyekkel rokon Brassai András királyi harmincados lefejezetéséből semmi jót sem vár reájuk nézve.*

*Sajátkezű levél félív papíron, Tomorynak papírral fedett zöld gyűrűs pecsétjével, Eperjes város lt.*

*Történelmi Tár* 1882. 80.

Prudentes ac circumspecti domini et amici honorandi.  
Salutem.

Pridem dominationes vestre nobilem Andream litteratum de Corona tricesimatem regium in teatro civitatis vestre decollari<sup>2)</sup> fecistis. Hic maximus tumultus insurrexit inter fratres illius, quod dominationes vestre sine ordine iuris interemissaent. Imposuit regnum hoc humeris meis, ut ego faciam rescire negotium, qualiter ille interemptus est et etiam fui coactus illic mittere hunc nobilem Stephanum Fanchaly fratrem et hominem nostrum, cui in hac re tanquam michi dominationes vestre credere velint, qui etiam adduxit litteras<sup>3)</sup> dominorum Brasso- uiensium dominationibus vestris.

<sup>1)</sup> Ez a hitelesítés Nyiresi Tamás sajátkezű írása.

<sup>2)</sup> decolare *az eredetiben*.

<sup>3)</sup> A brassai tanács 1515. máj. 1-én kelt levele hátrább.

Nullomodo possum laudare rem, qualiter hic famatur. Bene constant dominationibus vestris, quod sum vicinus vester. Velle vobis plus boni quam mali. Sed nil boni sentio pro futuro vobis pro morte illius hominis. Nam potiores civitatis Brassouiensis et terre Barcza fuerunt fratres illius et inter siculos habet tales fratres, quorum mores non omnino diligo. Optant rescire, qualiter condempnatus est, per hunc hominem meum. Item etiam dicunt, quod omnes res illius in predam convertissetis. Consulo dominationibus vestris, ut itinera vestra caute continuetis usque aliquod tempus, quia dubito, ut rem hanc sine auxilio aliquorum dominorum debito modo complanare absque morte alicuius vestrum valeatis, quia sunt circa decem persone ex Sicilia potiores, quibus affinitate iunctus fuerit ille Andreas litteratus, item etiam fuit acolitus. Intelligo, si res non complanabitur, tam iure mediante, quam extra ius volunt cum dominationibus vestris procedere. Ibique in vicinitate vestra nullum ad hoc meliorem scio quam dominum Nicolaum Tharczay, qui tam in curia regia quam in isto regno huic rei facilius obviare valeat, quia honor illius non parve importantie sit ubique. Consulo igitur, ut dominationes vestre fratres illius pro minimo inimico non estiment. Preterea ex quo ego fui coactus ad vos mittere hominem meum cum litteris Brassouiensium tamquam homo communis, velint illis relationem facere medio huius hominis nostri.

Item si quas res et bona ibi habet vel habuit, dominationes vestre assignent ad manus civium civitatis Cassouiensis tamquam ad manus fideles, ne et illas super vos requirant, presente homine nostro, si eisdem videbitur. Et quo consultius dominationibus vestris videbitur ita agant. Quia non tantummodo pro ipsis fratribus condam Andree litterati misi istic hunc hominem nostrum sed plus pro dominationibus vestris, quia ego nil boni sentiebam in rebus ipsis velle incipere. Pro eo si qua voluntas dominationum, vestrarum crit, michi tam rescribere et intimare poterunt per hunc hominem.

1515. Cetera latori presentium credere velitis.  
ápr. Ex castro Fogarasi in profesto beatorum Philippi et  
30. Jacobi apostolorum 1.5.1.5.

Paulus Thomory  
castellanus castrorum Mwnkach  
et Fogaras etc. propria manu.

*Külcím:* Prudentibus ac circumspectis iudici iuratis-  
que civibus et consilio civitatis Eperyes, dominis et amicis  
honorandis.

## 138.

1515. máj. 1. Brassó.

*A brassai tanács levele az eperjesiekhez, a lefejezett András deák királyi harmincados dolgában, hogy jogtalanul ölették meg, úgy hogy még javairól sem végrendelkezhetett.*

*Eredetije* papíron, a város liliomos koronás és köriratos, papírral fedett pecsétjével, Eperjes város lt.

Prudentes et circumspecti domini amicique nobis honorandi. Post salutem.

Comparuit coram nobis dominus Johannes Benckner iudex huius civitatis Brassouiensis una cum ceteris fratribus ac consanguineis suis, saxonibus videlicet, hungaris et sicolis, qui nobis lacrimose exposuerunt, qualiter dominationes vestre fratrem et consanguineum ipsorum Andreiam litteratum, tricesimatem regium in ipsa civitate vestra, non observato iuris ordine ad simplicem querelam in teatro civitatis vestre miserabiliter decollari fecissent ob iniuriam et scandalum perpetuum genelogie ipsorum, ita ut neque idem condam frater et consanguineus ipsorum verum testamentum de rebus suis facere potuerit, et res etiam sue ibidem hinc et inde divise forent.

Preterea et nos ducimur quadam admiratione ex eo, quod inter nos vectigalia huiusmodi regalia exigantur, ubi

nobis non est concessa libertas servitores regios attingere, sed sola maiestas regia, dominus videlicet noster gratiosissimus habet cum illis agere et disponere quemadmodum voluerit. Optassemus autem, ut dominationes vestre cum incolis civitatis nostre non haberent causare, quin qui cum dominationibus vestris inter aliarum regiarum civitatum vocamur libertati, potius alter alterum iuste auxiliaret, quam ita alternativam serviremus.

Quare hunc presentium ostensorem cum plena et omnimoda auctoritate illa in medium dominationum vestrarum miserunt rogantes easdem, quatenus seriem rei illius nobis vestris in litteris rescribatis et cum hoc etiam, quo deventa sint bona ipsius, quia sciatis, quod in ista terra ille, quem decollari fecistis, non de mediocri genealogia fuit.

Ceterum vestras dominationes optime valere optamus.  
Ex Brassouia, ipso die beati Philippi et Jacobi apostolorum, anno Domini 1515.

1515.  
máj.  
1.

Jurati cives senioresque  
consulatus civitatis Brassouiensis  
et terre Barcza.

*Külcím:* Prudentibus et circumspectis iudici et iuratis civibus civitatis Eperyes, dominis et amicis nobis honorandis.

## 139.

1515. jun. 10. Brassó.

*Brassó város levele az eperjesiekhez, a lefejezett Brassai András deák dolgában, hogy ha érdemei szerint bünhődött, rokonai megnyugosznak benne, ellenkező esetben megtorlásra készülnek.*

*Eredetije papíron, a város papírral fedett, liliomos koronás zárópecsétjével, Eperjes város lt.*

Salutem et amicitiam.  
Sagaces ac circumspecti domini amicique nobis plurimum honorandi.

Reddidit nobis litteras dominationum vestrarum is Gregorius<sup>1)</sup> homo vester, quibus perspectis comprehendimus Andream condam litteratum per easdem vestrarum dominationes iuste ac debito iuris ordine observato morti fuisse adjudicatum. Quod si etiam demeritis suis id exigentibus rite fuerit decollatus, mors eius per fratres et consanguineos suos equo animo ferenda est. Verum si res aliter gesta et facta futuro comprobata fuerit, fratres et consanguinei prefati scient, quid in eo facere debebunt.

De rebus autem per ipsum condam Andream litteratum<sup>2)</sup> relictis dominationes vestre informationem ab illo egregio domino Paulo de Thomor accipient, cui aut quibus res ille relicte dari et assignari debebunt.

Ceterum vestrarum dominationes optime valere optamus.

1515. jún. 10. Ex Brassouia, dominica infra octavas sacratissimi Corporis Christi, anno Domini 1515.

Jurati consules civitatis  
Brassouiensis.

*Külcím:* Sagacibus ac circumspectis iudici, iuratisque civibus civitatis Eperies, dominis et amicis nobis plurimum honorandis.

## 140.

1515. jun. 12. Fogaras.

Thomory Pál munkácsyi és fogarasi várnagy levele az eperjesiekhez, melyben arról értesíti a Brassai András deák lefejeztetése ügyében őket, hogy a szászokkal könyennebben egyességre lehet jutni, de a székelyek bosszújától félti őket, mivel ezek sem istentől, sem embertől nem

<sup>1)</sup> Szücs (pellifex) Gergely volt az 1515. május 27-ike után Tomoryhoz Erdélybe küldött követ. — Az 1515. nov. 8-án kelt eredeti tanuvallató levél Eperjes város lt.

<sup>2)</sup> 1515. febr. 23-án „coram venerabili domino Matheo capellano et confessore suo, necnon coram prudentibus et circumspectis viris Petro Moler, Albertho Godor et Martino Melczer iuratis civibus“ kelt végrendelete papíron, hátán négy papírral fedett pecséttel, illetőleg gemmával ugyanott.

félnek, és azt tartják, hogy akit megölnek, az a más világban az ő szolgájuk leend.

Sajátkezű levél egész íven, melynek címírásos lapja le van szakítva, Eperjes város lt.

Történelmi Tár 1882. 81.

Prudentes ac circumspecti domini et vicini nobis honorandi. Salutem fratnalem.

Litteras dominationum vestrarum una cum aliis litteris dominorum Stephani de Rozgon, Nicolai Thaarczay ac nobilium comitatus de Saros per hunc amicum nostrum et concivem vestrum, latorem presentium accepi cum honore, in quibus omnibus istis clare comperiuntur, illum condam Andream dominationes vestre rite et legitime morte condempnasse.

Nam illas litteras supradictas illuc, unde michi causa ista commendata erat, transmisi, quia ut in prioribus litteris meis < eisdem missis ><sup>1)</sup> puto dominationes vestras intellexisse, ut<sup>2)</sup> inquisitio istius cause erat michi imposita quasi coacta per maiores regni, ubi fratres illius decol(l)ati conquerebantur. Ex alia autem parte, quas domini Cassouienses huc direxerunt, in multis rigmis discordant littere illorum cum litteris vestrarum dominationum. Igitur sciant dominationes vestre, ulterius michi in hac causa non sit necessitas procedendi, quia id, que michi impositum fuit, ea rescivi tam ex litteris dominationum vestrarum, domini Stephani Rozgony, domini Tharczay et comitatus de Saros, item et de litteris Cassouiensium, quas in specie eisdem transmisi, ex quibus eligant quicquid volunt.

Item dominationes vestre ne ad hunc latorem vestrum egreferant, quod solus Brassouiam non intravit ad consulatum, quia ego illum non permisi. Timui, ne per siculos scandalizaretur. Ibi igitur litteras dominationum vestrarum per proprium hominem meum specialem inmiseram,

<sup>1)</sup>—<sup>2)</sup> Sorközi betoldások.

per quem dominationibus vestris litteratorie fecerunt relationem. Licet michi de consulatu etiam mitia verba intimarant, sed heri frater carnalis cum aliis certis fratribus illius decol(l)ati citra equites XXXII venerant erga nos, voluerunt, ut facietenus loquantur cum nunccio dominationum vestrarum. Ego illis intimavi, quod in nomine Domini loquantur, sed ego etiam volo presens esse et aliquod verbum scandalosum contra nunccium vel contra consulatum vestrum coram me non loquantur, quia illis nolle parcer. Illi reinternaverunt, quod omnia cum honore loquerentur. Breviter fuerunt facietenus personaliter coram nunccio vestro et petierunt me coram homine vestro, ne ulterius in hac causa procedam et fatigas imponam, quia qualiter condempnassent fratrem eorum,<sup>3)</sup> eadem via vellent procedere cum vestris dominationibus. Quid igitur ego illis tunc respondi, poterit nunccius dominationum vestrarum referre. Nam dixi illis, quod cives de Eperey eundem deum et regem habent sicuti ipsi. Commiseram et huic vestro nunccio, ut audaciter iura vestra proponat, quia scio et scivi mores siculorum, ut nec deum nec hominem timent. Ibi multa verba fuerunt et sic ad hospitium redierunt.

Noluerunt etiam res illius imperfecti assignari ad aliorum manus asserentes, quod res haberent satis, sed pro fratre non habent alium, nam aliter vellent vindicare res et mortem fratris ipsorum.

Item, intellexi domini et amici, quod nil boni possum inter vos facere. Invitavi omnes illos ad castrum. Multa ibi declaravi illis, quod non deberent agere contra iustitiam, quia esset magna distantia Eperey ad Siculiam. Et quod ne videar et ego, quod alicuius momenti<sup>4)</sup> sim inter vos, breviter<sup>5)</sup> ad hoc illos omnes coegi et promissiones michi fecerunt, quod usque festum beati Michaelis archangeli proxime affuturum nec iuste nec iniuste volunt

szept.  
29.

<sup>3)</sup> illorum kitöröltetvén, fölibe írva.

<sup>4)</sup> non innen kitörölve.

<sup>5)</sup> Sorközi betoldás.

agere contra vestras dominationes. Elapso festo beati Michaelis archangeli, nullus tandem possit dicere, quod sicatorie vellent procedere, quia qualitercumque possunt, si etiam usque decem annos procederent, sed mortem fratris eorum vindicare vellent.

Nam prorogationem propterea feci cum ipsis fieri, ut mercantias dominationes vestre possint secure facere tam Waradinum quam Budam. Promiserunt michi firme observari tum ex eo, tum quia interim potestis extrahere aliquas litteras regie maiestatis precipientes illis sub nota perpetue infidelitatis, ne vos iniuste in rebus aut in persona extra iudicium impedire presumpmant, alioquin dominus wayuoda Transsilvanus talium res et bona faciat occupari regie maiestati. Quia sciant dominationes vestre certo, quod sine periculo alicuius vestrum ista causa non sedabitur, nisi aliter rem pacificabis. Interim si ego possum illos reflectere, sciatis quod non secus facio, tamquam si negotia propria essent. Nam citius; saxones possint reflecti, sed illi sicuti estimant quem interficiunt, ut ille<sup>6)</sup> in alio mundo servitor suus efficietur. Nam secreto dicendo sunt inter illos tales, etiam si frater illi non esset duobus, ipsi < non timerent animam suam et ><sup>7)</sup> hominem interficerent.

Omnino igitur dominationes vestre usque illud festum beati Michaelis ineant, meo iudicio, cum ipsis ad compositionem medio proborum hominum, quia pre verecundia etiam illa genelogia aliquid attemptat facere pro morte fratris ipsorum.

Etiam hoc consulte fecistis, quod miseratis litteras comitatus de Saros, quia vicewayode et nobiles multum credunt talibus litteris. Igitur quicquid facere vultis in rebus premissis, per iter agentes in uria littera vestra me certum reddere potestis, et sciatis, quod quicquid pro vobis facere potero, non desinam. Omnino cogatis vos ad aliquam solutionem illius anime decol(l)ati, forsitan pos-

<sup>6)</sup> Sorközi betoldás.

<sup>7)</sup> sed kitöröltetvén, fölibe írva.

sumus mitigare illos; sed novit deus, nil ab ipsis intellexi  
aliquid optare in hunc diem.

Ultimo habeo et ego fratres in vicinatu dominationum  
vestrarum Emericum et Franciscum de Kellemes. Rogo,  
sint illis boni vicini intuitu amicitie mee, quia sunt  
michi fratres propinquui.

Alia is vester concivis dicet, cui credere licet.

Ex castro Fogaras, feria 3-a proxima inter octavas  
1515. sacratissimi Corporis Christi, anno eiusdem 1515.  
jún.  
12.

Paulus Thomory

comes et castellanus castrorum Mwnkach  
et Fogaras propria manu.

Item sciant dominationes vestre, quod cum iudice  
Brassouiensi Joanne Benkner sum tali amicitia iunctus, ut  
hactenus non multa verba mea postposuit, sed igitur lo-  
quatur et illi littera regia ante omnes.

Preceptoria<sup>8)</sup> istis debent dirigi:

Johanne Benkner iudice Brassouiensi,  
Jacobo Zabo cive iurato eiusdem loci,  
fratre carnali illius decol(l)ati,

Johanne Weres de eadem.

Item sicutilis:

Emerico Becze de Chyk,  
Bartholomeo Athlamos,  
Anthonio Therek,  
Michaeli Nemes,  
Jacobo Thatar.

Isti sunt potiores, qui causam insecuruntur. Sunt et  
ceteri, sed nomina illorum me latet.

## 141.

1515. nov. 8. Sáros.

*A lefejezett Brassai András garázdálkodása dolgában  
Eperjesen okt. 28-án kihallgatott Zalai Gergely királyi  
adószedő vallomása.*

<sup>8)</sup> Ezzel a szóval kezdődik az eddig *kiadatlan* névsor külön  
lapon.

*Eredetije* papíron Sáros megye alispánjának es szolgabíráinak reá nyomott öt viaszpecsétjével, *Eperjes* város lt.

Egy másik ugyanezen ügyben tartott tanuvallatásról „feria quinta proxima ante festum beati Urbani pape (máj. 24.) anno Domini Mille-simo quingentesimo decimo quinto“ felvett ugyancsak *eredeti jegyző-könyv* papíron *ugyanott*.

— — die dominico in Carnis breuio proxime pre-  
terito,<sup>1)</sup> dum ipse<sup>2)</sup> una cum — — Anthonio Pocharnok  
et Paulo de Senthian — — in predicta civitate Eperyes  
— — ad domum circumspecti Stephani Pannirazoris  
causa recreationis ivissent, eotunc contingeret venire con-  
dam < Andream litteratum ><sup>3)</sup> de Corona ad eandem  
civitatem Eperyes, tunc ipse non vocatus manibus armatis  
et potentariis — — in medium ipsorum accessisset, ibique  
ipso verbis illicitis et in honestis afficiendo et cum ipsis  
discordiam inchovando — — mox ipsi surgentes ad hospi-  
tium ipsorum accessisset.

febr.  
18.

Tandem vero altera die, videlicet feria secunda,<sup>4)</sup>  
dum ipsi insimul in domo circumspecti Benedicti litterati  
prefuisserint, tunc prefatus condam Andreas litteratus ite-  
rum manibus armatis et potentariis — — accessisset in  
medium ipsorum, ibique iterum ipsis verba discordiosa  
incipiens referre et ipsi — — ad domum circumspecti Be-  
nnecti Carnificis transivissent, prefatum Benedictum lit-  
teratum etiam ad cenam convocare fecissent. Dum autem  
ipsi iam in finale cene essent, tunc iterum prefatus condam  
Andreas litteratus manibus armatis et potentariis cum  
quadam cambuca ferrea, et aprodiánus suus post eum  
portando clipeum et frameam, ad domum predicti Bene-  
dicti Carnificis venisset, ibique stando ante mensam, ubi  
ipsi cenassent, picarium ante eos existens levasset, bibendo  
dixisset, quod ipse biberet et que bestia doleret faceret ea  
re. Iterum recipiendo unum coclear movit illud in scultella

febr.  
19.

<sup>1)</sup> preteritum az eredetiben.

<sup>2)</sup> Zalay Gergely.

<sup>3)</sup> Andrea litterato u. o.

<sup>4)</sup> E szerint az eperjesi városi tanács 1515-ben *Carnis privium* alatt nem a mai húshagyó keddet, hanem az ezt megelőző *Esto mihi* vasárnapot értette. — V. ö. Knauz, Kortan 151.

circumquaque reiterando prefata verba inhonesta. Quibus auditis ipsi dixissent prefato condam Andree litterato, quod pacifice viveret et maneret, qui ibi essent, ex ipsis aliqui potiores eo et aliqui similes sibi, ideo loqueretur cum honore. Mox prefatus condam Andreas litteratus surgens prefatam cambucam ferream cum furore arripiendo subivisset ante mensam, quam si non prefatus Anthonius Pocharnok tam celeriter arripuisse<sup>5)</sup>) et de manibus suis evulsisset, unum ex ipsis nece miserabili interemisset. Deinde prefatus condam Andreas litteratus ad puerum suum profugiens predictam frameam et clipeum arripiendo; videns hoc ipse videlicet Gregorius Zalay predictam frameam et clipeum etiam ex manibus eiusdem auferendo, tandem eundem Andream litteratum de predicta domo propter bonum pacis extrusisset. Et postea ipsi surgentes ad domum prenominati Benedicti litterati accessissent rogantes ipsi predictum Benedictum litteratum, quod portam et ianuam faceret claudere, quia neforte veniret post eos preallegatus condam Andreas litteratus et inter ipsos maiorem discordiam faceret.

Tandem vero non post multum spatiū temporis noctis tempore quasi inter horas octavam et novem predictus condam Andreas litteratus iterum manibus armatis et potentiarīs vituperando ad domum dicti Benedicti litterati hostiliter irruens, super portam et ianuam evaginato gladio validis ictibus secando dicens, quod exirent bestie, quia aut sibi aut ipsis mori oportet.

Quibus auditis ipsi, quod<sup>6)</sup> prefatus condam Andreas litteratus ipsos talibus verbis illicitis et vituperosis pertractaret, volentes ad eum ipsi exire, sed prefatus Benedictus litteratus eos exire non permisisset, rogantes ipsi prefatum Benedictum litteratum, ut eos extramitteret aut eos defenderet, quia esset ipsis contra honorem, quid ipse Andreas litteratus ageret super eos, tunc prefatus Benedictus litteratus locutus fuisset ipsis, ut ipsi essent in

<sup>5)</sup> arrepisset az eredetiben.

<sup>6)</sup> Sorközi betoldás.

libera civitate et si ipsis aliquid iniustum esset, in civitate esset iudex, qui ipsis iudicium et iustitiam faceret. Et tandem ipsi mox omnia premissa acta potentiana per prefatum condam Andream litteratum patrata et commissa prefato iudici per hospitem eorum, qui per portam domus sue posteriorem exivisset, renunciassent. Mox prefatus iudex convocando certos iuratos suos et familiares civitatis, accensis facibus ante domum prefati Benedicti litterati accessissent, ibique prefatum condam Andream litteratum reperientes in evidentia facta predictam portam et ianuam creberrimis ictibus seccare et ibi eundem — — prefati iudex et iurati cives captivassent, captivandoque eundem in carcerem ducere et portare fecissent.

Altera autem die ipsis — — ad pretorium civitatis — — accessissent ibique ab eisdem iudice et iuratis civibus postulantes ex parte memorati condam Andree litterati ipsis in premissis iuris equitatem iustitieque complementum elargiri.

febr.  
20.

Audientes hoc prefati iudex et iurati cives consultando insimul volebant ipsis ulteriorem terminum dare et assignare, sed tamen ipsis nullum terminum expectare voluissent, — — quia ipsis essent occupati in servitiis regie maiestatis.

Videntes prefati iudex et iurati cives, quod in hoc aliud facere non possent, mox prefatum condam Andream litteratum ad predictum pretorium — — ducere et portari fecissent, ibique ipsis omnia premissa acta potentiana — — contra et adversus prefatum condam Andream litteratum allegaverunt; quamquidem allegationem et premissam causam per prefatum condam Andream litteratum inceptam sic facta fore cum probabilibus documentis, videlicet cum hospitibus ipsorum et cum ceteris hominibus, qui tunc interfuerint — — comprobare assumpserunt.

Quibus auditis prefatus condam Andreas litteratus nil in premissis negasset, sed omnia premissa per ipsum ut prefertur patrata et commissa potentialiter specialiter recognovisset sic facta fore — — et preterea prelatus condam Andreas litteratus — — per prefatos iudicem et

1515. nov. 8. iuratos cives de Eperyes — — morti adiudicatus exstitisset. — — Datum in oppido Saros, feria quinta proxima ante festum beati Martini episcopi, anno Domini Mille-simo quingentesimo decimo quinto.<sup>7)</sup>

## 142.

1515. nov. 18. Velezd.

*Thomory Pál levele az eperjesiekhez, a Brassai András deák lefejeztetése dolgában. A halálmegvető székelyek-től félti őket, kik sem istentől, sem embertől nem félnek. Azért őrizkedjenek a lefejezett András deák atyafiaival való ismeretségtől.*

*Sajátkezű levél félív papíron, papírral fedett zöld gyűrűpecséttel,  
Eperjes város lt.*

*Történelmi Tár* 1882. 84.

Prudentes ac nobiles domini et amici honorandissimi.  
Post salutem.

Accepi litteras dominationum vestrarum cum litteris serenissimi domini nostri regis fratribus et amicis illius interempti sonantes,<sup>1)</sup> et profecto bene<sup>2)</sup> et consulte fecerunt, ut has litteras ad me direxerunt, intuituque dominationum vestrarum ego illas ad locum necessarium transmittam. Scio, quod dominus Johannes Benkner et alii sui civitatenses mandato regio obtemperant, sed domini mitime a sicutilis Ribaldis<sup>3)</sup> vos, qui nec deum nec hominem

<sup>7)</sup> A máj. 24-iki jegyzőkönyv szerint „iudex et iurati cives de Eperies — — prefatum condam Andream litteratum octava die decolare fecissent“.

febr. 24. „1515. die Saturni ante Mathie apostoli ... thortori pro decollatione Andree... flor. I“. — Eperjes v. számadáskönyve 1515—1527. fol. 9/a.

<sup>1)</sup> sonantibus volna helyesen.

<sup>2)</sup> fecit innen kitörölve.

<sup>3)</sup> Ribaldus = elszánt, elvetemedett, csavargó. — Bartal, A magyarországi latinság szótára 579. 580 l. — V. ö. Du Cange, Glossarium mediae et infimae latinitatis VII. 183.

timent, ymmo nec iustum nec iniustum. Verum in presen-  
tiarum tempore exitus mei nil mali sensi, quia illos relin-  
qui in exercitu domini wayuode. Attamen alii fratres quas  
litteras michi miserant super promissione mea, ut usque  
festum beati Michaelis archangeli promiseram dominatio-  
nibus vestris, ut nullum ex vobis nec verbis nec minis  
afficient, illas ego dudum per unum baccalaureum, ad  
Cracouiam transeuntem transmisi dominationibus vestris,  
ex quibus intelligere potuerunt<sup>4)</sup> totam malam mentem  
ipsorum, et bonum est illas vobis conservare, quia nullo-  
modo vobis illas missem, sed in tenore sum petitus, ut  
vobis dirigam. Tamen qui obiit, mortuus est. Caveant  
tantummodo igitur dominationes vestre se a nimia notitia  
fratrum illius, quia quantum inspicere mentem illorum  
possum, mors illius sine aliquali discrimine non preteribit,  
saltem si maiores terrebunt illos. Ex quo sua maiestas sub  
amissione rerum illis precepit, et ego quantum possum,  
videbunt dominationes vestre, ut taliter illis scribam et  
in mentem redigam, ut extra iudicium dominationes  
vestras non requirant.

Sed inter tanta mala et tot fatigas<sup>5)</sup> vellem, ut hanc  
curam deponeretis et dispositioni aliquorum amicorum  
daretis, quia carissimi domini tot sunt cure michi nunc  
noviter in negotiis camerarum transsilvanarum imposite,  
ut vix ulterius in istis procedere possum. Nichilominus  
nunc sum in itinere versus Budam et usque festum beati  
Nicolai episcopi ero ibi. Si quid consultitis in rebus facere  
interim, per illos, qui ad illas nundinas descendunt, red-  
datis certum et intuitu dominationum vestrarum, dum in  
negotiis regie maiestatis non occupabor, animo libenti  
laborabo.

Sed bonum fuisset, ut in litteris regie maiestatis etiam  
inscriptus fuisset egregius dominus Johannes Lwlay  
comes et camerarius Cibiniensis, quia et ille iam in illam  
incidit genelogiam, qui nunc ad officium thezaurariatus

szept.  
29.

dec.  
6.

<sup>4)</sup> poterunt *innen kitörölve*.

<sup>5)</sup> ut *innen kitörölve*.

secreto scribendo est vocatus, sed michi dixit, ut nullo assumpmit, quia medio mei regia maiestas illum nunc vocavit Budam. Si igitur illi illud onus imponitur, extunc rogo, ut si antea intentionem concordandi non habuistis, etiam concordetis, ea ratione, ut plures habeatis amicos quam inimicos.

Valere dominationes vestras opto.

1515.  
nov.  
18. Ex Welezd, die dominico proximo ante festum beate Elizabeth vidue, anno 1515.

Paulus Thomory

comes et castellanus propria manu raptim.

*Külcím:* Prudentibus ac nobilibus iudici et iuratis civibus civitatis Eperyes, dominis et amicis honorandissimis.

## 143.

1517. aug.

*A kolosmonostori convent előtt kocsárdi Szemes Orsolya asszony Szabó Zakariásné kocsárdi székely örökiségeinek két részét és lőfőségét nyolcvankilenc magyar aranyforintért kocsárdi Gálffy Mártonnak örökbe vallja.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36402. (Kolosm. Prot. minus Magno fol. 24.)*

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonstra. Memorie commendamus, quod nobilis domina Ursula, filia agilis condam Michaelis Zemes de Kochard, consors videlicet providi Zakarie Zabo civis oppidi Thordensis coram nobis personaliter constituta, oneribus et quibusvis gravaminibus Thome filii et puelle Katherine filie suorum in subnotandis super se assumptis sponte et libere confessa exstitit in hunc modum, quomodo ipsa matura intra se deliberatione prehabita directas et equales duas partes universarum hereditatum suarum sicalicalium in possessione Kochard in sede Aranyas existenti habitarum, a prefato condam Michaele Zemes patre suo in ipsam descendensarum simul cum primipulatu ac terris arabilibus cul-

tis et incultis, agris, pratis, fenetis, pascuis, silvis, nemoribus, rubetis, virgultis, salicibus, aquis, fluviiis, piscinis, piscaturis, nec non molendinis, piscinarum etiam et molendinorum locis, generaliter autem cunctarum utilitatum et pertinentiarum integratibus, ad easdem duas partes dictarum hereditatum ac primipulatum de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, agilibus Martino Galffy de eadem Kochard, nec non domine Elene consorti, item Georgio, Andree et Johanni filiis ac Dorothee filie suis, ipsorumque heredibus universis pro octoginta novem florenis auri hungaricalibus, plene ut dixit sibi persolutis et per ipsam integre levatis dedisset, vendidisset et inscripsisset, immo dedit, vendidit et inseripsit in nostri presentia iure perpetuo et irrevocabiliter utendas, tenendas, possidendas pariter et habendum, nullum ius nullamque iuris et dominii proprietatem sibipi reservando, sed totum et omne ius, omnemque iuris et dominii proprietatem in prescriptis duabus partibus pretractarum hereditatum siculicalium et primipulatu .... <sup>1)</sup>)

## 144.

1517. nov. 10.

A kolosmonostori convent előtt losonczi Bánffy Perné Petronella asszony, a néhai kizdi Sándor Jánostól szerzett Dicsőszentmártonban, Csüdőtelkében, Zágorban, Királyfalvában, Szélkutban, Péterlakában, Feltorjában, Nagypeselnekben, Kantaúvalvában, Szépmezőben és Váradgyában lappangó minden jogát somkereki Erdélyi Mártonnak örökbe vallja.

Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL 36402. (Kolosm. Prot. minus Magno fol. 203.)

..... <sup>2)</sup> et commisisset, immo quitos, expeditos et modis omnibus absolutos reddidit et commisit, dictos

<sup>1)</sup> A többi hiányzik.

<sup>2)</sup> Eleje hiányzik.

etiam equos equatales eisdem annuit, concessitque et contulit in nostri presentia. Et nichilominus eadem domina Petronella attentis et consideratis multimodis beneficiis et favorabilibus complacentiis sepedicti Martini Erdely de dicta Somkerek, quibus idem tum in premissis ordinationibus, tum vero in cunctis aliis rebus et negotiis eiusdem domine Petronelle prompta semper sollicitudine studuit adesse pariter et prodesse, totum et omne ius suum, quod ipsa domina Petronella ex fassione egregii condam Johannis Sandor de Kyzd, iuxta continentiam certarum litterarum, unius scilicet nostrarum fassionalium contractionalium ac alterius super consensu regio editarum et superinde emanatarum in totali oppido Dychew Zenthmarthon ac domo et curia nobilitari in eodem oppido adiacentibus, nec non totalibus possessionibus Chwdewthelke, Zagor, Kyralfalwa et Zylkwth in de Kykellew, nec non Peterlaka, Felthorya, Naghpeselnek et Kanthalalwa vocatis in Albensi adiacentibus, item portionibus possessionariis in possessionibus Zepmezew et Varaggya appellatis, in eodem Albensi comitatibus existentibus habitis qualitercunque haberet, habuissetque vel in futurum quomodolibet se habere sperasset, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibusvis, ut puta terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, fenetis, pascuis, silvis, nemoribus, vineis et vinearum promontoriis, aquis aquarumque decursibus, piscinis nec non molendinis, piscinarum etiam et molendinorum locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum eiusdem et earundem integratibus quovis nominis vocabulo vocitatis et appellatis, ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus antefato Martino Erdely et suisque heredibus ac posteritatibus universis dedisset, contulisset et annuisset, immo dedit, contulit et annuit iure perpetuo et irrevocabiliter in filios filiorum tenendum, possidendum et habendum nostro in conspectu; tali obligaminis vinculo per sepedictam dominam Petronellam assumpto mediante, quod si ipsa domina Petronella vel sui heredes in premissis omnibus persistere nollent, sed ea in

toto vel in parte infringere aut retractare niterentur quoquomodo, extunc eadem domina Petronella et sui heredes solum vigore presentium in duobus millibus florenis auri puri hungaricalibus veri et iusti ponderis, ac insuper in perennali estimatione universarum possessionum, nec non iurium et portionum possessionariarum, item rerum aurearum et argentearum, atque pecudum et pecorum prescriptarum contra memoratum Martinum Erdely et suos heredes universos convincantur et convicti habeantur eo facto. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentis et authenticí sigilli nostri munimine roboras duximus concedendas. Datum in profesto festi beati Martini episcopi et confessoris, anno Domini Millesimo quingentesimo decimo septimo.

1517.  
nov.  
10.

## 145.

1518. febr. 25.

*A kolosmonostori convent elött somkerek Erdélyi Márton a királyt, Zápolyai Jánost, héderfájai Barlabássy Lénártot és Istenmezeji Jánost a néhai kizdi Sándor János és fia, Gáspár nemesi birtokainak elidegenítésétől tiltja.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36405. (Kolosm. Prot. minus Michael fol. 169.)*

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra. Memorie commendamus, quod egregius Martinus Erdely de Somkerek accedens personaliter in nostri presentiam in sua propria ac Johannis, Francisci et Anthonii filiorum suorum personis serenissimum dominum regem, item spectabilem et magnificum Johannem de Zopolya comitem perpetuum terre Scepusiensis, vayvodamque Transsilvanum et siculorum comitem, nec non egregios Leonardum Barlabasy de Hederfaya vicevayvodam Transsilvanum et siculorum vicecomitem ac Johannem de Ystenmezeye et alios quoslibet ab occupatione et occupari factione, detentioneque et conservatione, nec non

sibipsis appropriatione bonorum egregii condam Johannis Sandor de Kyzd et Gasparis filii eiusdem (duntaxat nobilitarium) in quibusunque comitatibus existentium, habitorumque et adiacentium, usuumque fructuum et quarumlibet utilitatum eorundem perceptione seu percipi factio, se etiam in dominium eorundem intromissione et sibipsis statui factio quomodolibet publice vel manifeste iam factis vel in futurum fiendis prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo lege regni requirente, harum nostrarum testimonio litterarum mediante. Datum feria quinta  
1518. proxima post festum beati Mathie apostoli, anno Domini  
febr. 25.

## 146.

1518. febr. 25.

*A kolosmonostori convent előtt losonczi Bánffy Péterné Petronella asszony keresztényi hitére és emberségré fogadja, hogy a néhai kizdi Sándor Jánostól és fiától Gáspártól szerzett Küküllő és Fejér megyei nemesi birtokainak birtoklása iránt somkerekli Erdélyi Mártonnaal kötött egyességet nem másítja meg.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36405. (Kolosm. Prot. mimis Michael fol. 169.)*

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra. Memorie commendamus, quod generosa domina Petronella, alias relicta egregii condam Johannis Erdely de Somkerek, nunc vero consors egregii Petri Banffy de Lossancz constituta coram nobis personaliter, oneribus et quibusvis gravaminibus nobilis puelle Anne filie, aliorum etiam filiorum et filiarum suorum universorum in futurum nascendorum in subscriptis super se assumptis sponte et libere confessa est in hunc modum, quo modo ipsa egregio Martino Erdely de Somkerek, hereditibusque et posteritatibus eiusdem universis ad honorem, fidemque christianam et humanitatem suas se obligasset

et spopondisset, eo modo, quod ipsa in causis ratione et pretextu bonorum alias egregii condam Johannis Sandor de Kyzd et Gasparis filii eiusdem (duntaxat nobilitarium) in quibuscunque comitatibus harum partium Transsilvanarum existentium, habitorumque et adiacentium, in quibus etiam ipsa domina Petronella vigore contractus dicti condam Johannis Sandor et consensus regii optimum ius habuisse et huiusmodi ius suum prenominato egregio Martino Erdely, heredibusque et posteritatibus eiusdem universis iuxta continentiam aliarum litterarum nostrarum fassionalium obligatoriarum superinde emanatarum iure perpetuo inscripsisse asserit, motis vel movendis, quamdiu ipsa supervixerit, usque finalem decisionem huiusmodi causarum motarum vel movendarum singulis annis, dum et quandocunque ac quotiescunque et quoscunque prelibatus Martinus Erdely aut heredes eiusdem voluerint, procuratores constituere atque fateri, litterasque procuratorias suo nomine dare et emanari facere semper promta erit et parata, immo se obligavit et spopondit nostro in conspectu propria sua voluntate, et nihilominus quidquid unus vel plures procuratores per ipsam constituti suo nomine egerint vel fecerint, allegaverintque aut responderint (demptis actibus vel factis, allegationibusque et responsis per huiusmodi procuratores causis in preassertis nocituris), item et alias fassiones suas quaslibet prefato Martino Erdely et suis heredibus universis per ipsam factas litterasque super fassionibus suis tam procuratorias quam alias quaslibet in continentiis, clausulisque et articulis in toto vel in parte nunquam revocabit, retrahabitque reclamabit, ac non cassabit, non annullabit, neque viribus carituras facere curabit sub vinculo et obligamine preassumto harum nostrarum testimonio litterarum mediante. Datum feria quinta proxima post festum beati Mathie apostoli, anno Domini 1518.

1518.  
febr.  
25.

147.

1518. máj. 21. Héderfája.

*Héderfájai Barlabássy Lénárt erdélyi alvajda és székely alispán előtt Kabos Gáspárné, Szentgyörgyi Meggyes Zsófia, Sárdon egy halastó-helyet, sárdi Nagy Ferenc és Szegő Imre pedig ugyanott az Abran nem Ujág vonalán egy lófőséget húsz-húsz arany forintért sárdi Bicsak Lőrincznek örökbe vallanak; utóbbiakazzal a kikötéssel, hogy amíg élnek, a sárdi „lófőnyil“ békés birtokában tartja ōket.*

*Eredetije* papíron, aljára nyomott pecséttel, a Magyar Nemzeti Múzeum törzslt.

Nos Leonardus Barlabassus de Hederffaya vicevayvoda Transsilvanus et sicularum vicecomes. Memorie commendamus per presentes, quod nobilis domina Sophia, consors Gaspari Kaboos, filia videlicet olim Blasii Megyes de Zenthgyergy, coram nobis personaliter constituta sponteque et libere est confessa in hunc modum, quomodo ipsa matura intra se deliberatione prehabita quandam<sup>1)</sup> unum locum piscine sue in territorio possessionis Sard, versus possessionem Thompa adiacentis cum omnibus eiusdem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet pro viginti florenis auri ab eodem ut dixit plenarie levatis et receptis egregio Laurentio Bychak de dicta Sard, suisque heredibus et posteritatibus universis dedisset et vendidisset, atque inscripsisset iure perpetuo et irrevocabiliter tenendum, possidendum pariter et habendum. Item etiam agiles Franciscus Nagy et Emericus Zegew de dicta Sard similiter coram nobis personaliter constituti spontanea eorumque voluntate confessi sunt retuleruntque nobis in hunc modum, quomodo ipsi in quibusdam suis necessitatibus ad presens summe ipsos urgentibus evitandis unum primipulatum eorundem in territorio possessionis Sard, nec non in genere Abran et arbore seu linea Vyag existentem et adiacentem, cuius quidem duc

<sup>1)</sup> quoddam az eredetiben.

partes Francisci Nagy, tertia vero pars Emerici Zegew exstiterunt, pro viginti florenis auri ut dixerunt iam ab eodem levatis et receptis, prefato egregio Laurentio Bychak eiusdemque heredibus et successoribus universis cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ad eundem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus dedissent, vendidissent, contulissent, atque inscripsissent iure perhennali tenendum, possidendum pariter et habendum; hoc tamen specialiter declarato, quod idem Laurentius Bychak annotatos Franciscum Nagy et Emericum Zeg[ew],<sup>2)</sup> quoadusque supervixerint, in territorio possessionis Sard super Loffenyl vocato pacifice et quiete tenere et conservare debeat et teneatur, imo dererunt, vendiderunt et inscripserunt nostro in conspectu, nullum ius nullamve iuris et dominii proprietatem, quod scilicet et quas ipsi venditores in premissis habuissent vel in futurum quoquomodolibet (*így!*) ipsi aut heredes sui in eisdem habere sperassent, in prefatum Laurentium Bychak et suos heredes universos transferendo pleno iure atque cum effectu. Assumentes<sup>3)</sup> nichilominus annotati domina Sophia, nec non Franciscus Nagy et Emericus Zegew prelibatum Laurentium Bychak suosque heredes et posteritates in premissis iuribus contra quoslibet causidicos et actores, legitimosque impeditores propriis suis laboribus et expensis in pacifico dominio tenere, protegere et conservare, ex quo onera et quelibet gravamina universorum filiorum et filiarum eorundem iamfati venditores in prescriptis super se assumpmendo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales et authentici sigilli nostri munimine roboratas eidem Laurentio Bychak suisque heredibus duximus concedendas. Datum in possessione Hederffaya prefata, feria sexta proxima ante festum Pentecostes Domini, anno Domini Millesimo quingentesimo decimo octavo.

1518.  
máj.  
21.

<sup>2)</sup> Kiszakadva.

<sup>3)</sup> Assumens az eredetiben.

148.

1520. aug. 10. Héderfája.

*Barlabássy Lénárt erdélyi alvajda és székely alispán kilyéni Kővér Albertnek, Béldy Pálnak és Daczó Jánosnak meghagyja, hogy hidvégi Nemes Ferencsel, aki az Árapataki Demeter halála után ennek árapataki és erősdi birtokait elfoglalta, azokat a törvényes örököls Árapataki Barnabásnak adassák vissza, ellenkező esetben idézzék ő elébe.*

A XVIII. század 60-as éveiben készült erd. kir. tábl. másolata Orsz. lt. Kőszegi A. ítélmester iratai XXIII. 59. fol. 418.

Leonardus Barlabasy de Hederfaya vicevayvoda Transsilvanus et sicularum vicecomes. Nobilibus Alberto Kewer de Kyllyen, Paulo Beldy et Johanni Daczo amicitiam paratam cum honore. Exponitur nobis in persona nobilis Barnabae de Arapathaka, qualiter post mortem et decepsum quondam Demetrii de Arapathaka totales portiones suae possessionariae in possessionibus eadem Arapathaka et Erewsd, omnino in comitatu Albensi Transsilvaniae existentibus, iure successorio in ipsum exponentem devolutae forent et redactae, tamen nunc ignoratur quibus respectibus nobilis Franciscus Nemes de Hydwegh easdem portiones possessionarias praefati condam Demetrii Arapathaky occupasset pro se, occupatasque penes se teneret et conservaret etiam in praesentiarum (!<sup>1</sup>) in praeiudicium et damnum praefati exponentis manifestum. Requirimus igitur vos et nihilominus vobis in persona domini nostri gratiosissimi domini Johannis comitis et vayvodae sub oneribus sedecim marcarum firmiter committimus, quatenus acceptis praesentibus termino per prae datum exponentem vobis praefigendo erga prae datum Franciscum Nemes personaliter accedentes ammoneatis eundem, dicatisque et committatis eidem verbo nostro, ut ipse dictas portiones possessionarias annotati quondam

<sup>1</sup>) praesentibus mediantibus a másolatban.

Demetrii Arapathaky annotato exponenti cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus remittere et resignare, manusque suas de eisdem eximere debeat et teneatur, qui si fecerit bene quidem, alioquin prohibeatis eundem ab earundem detentione et conservatione, usque fructuum et quarumlibet utilitatum portionum possessionariarum earundem perceptione seu percipi factione et nihilominus evocetis eundem ad tredecimum diem festi Ressurrectionis (Domini)<sup>2)</sup> anni nunc venturi nostram in praesentiam rationem superinde redditurum. Et post haec huiusmodi admonitionis, prohibitonis et evocationis vestrae seriem, ut fuerit expedita, fide christiana vestra mediante nobis suo modo rescribere debeat, secus agere nulla ratione praesumatis. Praesentibus perlectis exhibitibus restitutis. Datum in possessione Hederfaya praefata, feria sexta proxima ante festum Ascensionis sanctissimae virginis Mariae, anno Domini Millesimo quingentesimo<sup>3)</sup> vigesimo.

(1521.)

ápr.

10.

1520.

aug.

10.

## 149.

1523. jun. 15. Héderfája.

*Héderfájai Barlabássy Lénárt erdélyi alvajda és székely alispán előtt szentkirályi Csányi Balázs Székelyvásárhelyen a Maroson levő malma fele harmadrészét tartozékaival özvegy nagybölöni Forró Mihálynénak huszonöt arany forintért zálogba veti.*

*Eredetije* papíron, melynek alsó balszeglete hiányzik, alján zöld viaszpecsét nyomaival a gróf Teleki-cs. marosvásárhelyi lt., Iszlay-iratok.

Nos Leonardus Barlabassy de Hederffaya vicevay-voda Transsilvanus et sicularum vicecomes. Memorie commendamus per presentes, quod nobilis et agilis Bla-

<sup>2)</sup> A tollban maradt.

<sup>3)</sup> quadringentesimo hibásan a másolatban.

sius Chani de Zenkyraly coram nobis personaliter constitutus sponte et libere confessus est et retulit in hunc modum, quomodo ipse pro quibusdam suis necessitatibus ipsum ad presens summe urgentibus evitandis totalem portionem suam, videlicet tertiam partem medietatis<sup>1)</sup> cuiusdam molendini in fine oppidi Zekelwasarhel et in fluvio Marus fundati et existentis cum omnibus utilitatibus et pertinentiarum quibuslibet integratibus, de iure et ab antiquo ad id spectantibus et pertinere debentibus nobi(li)<sup>2)</sup> domine Magdalene relicte condam agilis Michaelis Fforro de Nagy Bewlen pro vigintiquinque florenis auri, ut dixit iam ab eadem plene receptis et levatis, titulo pignoris duxisset obligandam, prout obligavit et inscripsit nostri in presentia, eo modo, ut dum et quandounque temporis in processu idem Blasius Chani aut heredes sui dictam portionem suam in pretacto molendino existentem [pro]<sup>3)</sup> se redimere voluerint, extunc depositis prius et persolutis dictis vigintiquinque florenis auri ...<sup>4)</sup> valeat atque possint, prenotataque domina Magdalena rehabitis huiusmodi ...<sup>5)</sup> cum cunctis suis utilitatibus predictis, litigionario processu absque omni pacifice et quiete [remittere et resignare]<sup>6)</sup> debeat et teneatur harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. [Datum in possessione]<sup>7)</sup> Hederffaya prefata, feria quarta proxima ante octavam sacratissimi Corporis Christi, [anno Domini Millesimo]mo<sup>8)</sup> quingentesimo vigesimo tertio.

1523.  
jún.  
15.

## 150.

1524. febr. 4.

*A kolosmonostori convent előtt turcsányi Nagy Máté és kercsedí Miklósy János nemesi telek és udvarházbeli*

<sup>1)</sup> Sorközi betoldás.

<sup>2)</sup> Tollban maradt.

<sup>3)</sup> Kiszakadva.

<sup>4)</sup>—<sup>5)</sup> Öt-hat szó 52 mm. kiszakadva.

<sup>7)</sup>—<sup>8)</sup> Kiszakadva.

rész birtokaikat Rákoson, Aranyas széken, illetve Turcsánban, Torda megyében, elcserélik.

Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL 36400. (Kolosm. Prot. minus R. fol. 103.)

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Kolosmonosthra. Memorie commendamus per presentes, quod nobiles Matheus Nagh de Thwrchan ab una et Johannes Myklosy de Kerched partibus ab altera, idem etiam Matheus Nagh domine Katherine consortis, nec non Gasparis, Melchioris et Balthasaris filiorum aliorumque cunctorum fratrum et consanguineorum suorum, prefatus vero Johannes Myklosy similiter domine Agnetis matris ac Mathei Myklosy fratris uterini, nec non puellarum Katherine, Elizabeth et Elena sororum, aliorumque universorum fratrum et consanguineorum suorum oneribus et quibuslibet gravaminibus in subscriptis super se assumentibus coram nobis personaliter constituti sponte et libere confessi sunt retuleruntque in hunc modum, quomodo ipsi matura intra se ipsos deliberatione prehabita talem inter se ipsos fecissent concambialem permutationem perpetuo duraturam, quod primo prefatus Matheus Nagh totalem portionem suam possessionariam in sessione et curia nobilitari in possessione Rakos vocata, in sede Aranyas appellata existenti habitam simul cum cunctis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, fenetis, fenilibus, silvis, nemoribus, rubetis, virgultis, aquis, fluviis, rivis aquarumque decursibus, molendinis, piscinis, piscaturis, molendinorumque et piscinarum locis, montibus, vallibus et vinearum promontoriis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum eiusdem integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad eandem de iure et ab antiquo spectantibus pertinentereque debentibus annotato Johanni Myklosy dedisset, inscripsisset, contulisset et permittasset iure et titulo perennalis concambialis permutationis irrevocabili in filios filiorum et heredum per heredes tenendam, possidendam pariter

et habendam, prout dedit, inscripsit, contulit et permutavit. E converso vero pretitulatus Johannes Myklosy totalem portionem suam possessionariam in sessione et curia nobilitari in possessione Thwrchan vocata pretacta in comitatu Thordensi existenti habitam simili modo simul cum cunctis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, fenetis, fenilibus, silvis, nemoribus, rurbanis, virgultis, aquis, fluviis, rivis, aquarumque decursibus, molendinis, piscinis, piscaturis, molendinorumque et piscinarum locis, montibus, vallibus et vinearum promontoriis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum eiusdem integratibus, quovis nominis vocabulo vocitatis ad eandem de iure et ab antiquo spectantibus pertinereque debentibus sepedicto Matheo Nagh dedisset, inscripsisset, contulisset et permutasset iure et titulo perennalis concambialis permutationis irrevocabili in filios filiorum et heredum per heredes tenendam, possidendam pariter et habendam, prout dedit, inscripsit, contulit et permutavit, nullum ius nullamve iuris et dominii proprietatem prescripte ambe partes in eisdem sibipisis de cetero reservando, sed totum et omne ius, omnemque iuris et dominii proprietatem vicissim et alternativam in se ipsos ac heredes ipsorum prescriptos transtulissent, prout transtulerunt coram nobis pleno cum effectu harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum feria quinta proxima post. festum Purificationis beatissime virginis Marie, anno Domni 1524.

1524.  
febr.  
4.

## 151.

1525. szept. 14.

*A kolosmonostori convent jelenti Thomory István erdélyi alvajdának, hogy Kálnay András kolosmonostori apátsági kormányzó, volt brassai huszados, a testvére Kálnay Mátyás gyalui porkoláb és Kis Ferenc egyhangúlag*

*azt vallották, hogy az Utas nevű, Havaselföldre vivő úton  
a huszados pecsétje nélkül a járás-kelés mindig tilos volt.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36405. (Kolosm. Prot.  
minus Michael fol. 177.)*

Egregio domino Stephano Thomory de Chwch vicevayvode Transsilvano et siculorum vicecomiti etc. domino ipsorum honorando conventus monasterii beate Marie virginis de Kolosmonosthra orationes et servitium. Vestra noverit dominatio, nos litteras eiusdem pro parte egregii Demetrii Korody vigesimotoris Brassoviensis confessas et emanatas, nobis in certa sui parte amicabiliter loquentes et directas honore quo decuit recepisse in hec verba:

Stephanus Thomory de Chwch vicevayvoda Transsilvanus et siculorum vicecomes etc. Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Albensis Transsilvanie ac conventui ecclesie de Kolosmonosthra, nec non universis iudicibus et iustitiariis, ecclesiasticis videlicet et secularibus tam his Transsilvanie quam Hungarie in partibus constitutis et existentibus presentes visuris salutem et debitum honorem. Noveritis, quod quia egregius Demetrius Korody vigesimator Brassoviensis iuxta iudicariam nostram deliberationem in quadam causa pridem inter egregium Paulum Beldy de Bodola ab una, ac eundem vigesimatorem partibus ex altera ratione ablationis quorundam novem equorum et aliarum certarum rerum quorundam iobagionum eiusdem Pauli Beldy per ipsum vigesimatorem ut dicitur patrate mota et vertente feria secunda proxima ante festum Nativitatis beatissime virginis Marie in dicta possessione nostra Chwch vocata factam contra iamfatum Paulum Beldy hoc et id: Utrum quedam via Wthas nominata, que per campum Bozamezew appellatum Transalpinam vadii, absque sigillo vigesimotoris nullipiam libera, sed falsa et prohibita existat nec ne, medio certorum officialium alias vigesimotorum Brassoviensium, processurum scilicet suorum et aliorum nonnullorum testium, quibus falsitas, illibertasque et prohibitio

szept.  
4.

huiusmodi vie lucide constaret, probare tenebitur. Pro eo  
rogamus vos et hortamur, et quibus interest etiam serie  
presentium domini Johannis comitis et vayvode Trans-  
silvani domini nostri gratiosissimi in persona committi-  
mus, quatinus dum et quando presentibus fueritis requi-  
siti, seu alter vestrum fuerit requisitus, vocatis coram  
vobis universis testibus prefati Demetrii Korody, per eun-  
dem scilicet aut hominem suum ad id deputatum nominan-  
dis, quos et nos illuc venire amicabiliter petimus, illos vero,  
quibus interest, etiam sub onere singularum sedecim mar-  
carum ad id accersiri iubemus, ab eisdem ad fidem eorum  
deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et sacre  
eius corone observandam, tacto dominice crucis signo  
coram vobis prestandam de et super premissis diligenter  
investigare et inquirere, ac seriem attestationis testium  
huiusmodi, quomodo scilicet et sub quibus formis verbo-  
rum per quemlibet ipsorum fuerit coram vobis aut altero  
vestrum attestatum nobis ad profestum beati Galli con-  
fessoris nunc venturum suo modo amicabiliterque et con-  
scientiose rescribatis. Datum in possessione nostra Chwch  
predicta, secundo die termini prenotati, anno Domini  
Millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

okt.

15.

1525.

szept.

5.

szept.

12.

Quibus receptis, nos amicabilibus petitionibus vestre  
dominationis obtemperare volentes, testes infrascriptos,  
per dictum Demetrium Korody nobis nominatos nostri in  
presentiam vocavimus, qui ad fidem eorum deo debitam  
coram nobis prestitam feria tertia proxima post festum  
Nativitatis beatissime virginis Marie nostri personaliter  
venientes in presentiam fassi sunt in hunc modum: Primo  
egregius Andreas Kalnay administrator proventuum huius  
abbatie Kolosmonostrensis fassus est, quod ipse tempori-  
bus preteritis per integrum annum fuit vigesimaltor Bras-  
soviensis et tempore suo predicta via Wthas vocata abs-  
que sigillo vigesimaloris nullipiam fuit libera, sed falsa  
et prohibita, et ipse quoque fecit res in illa via ad Trans-  
alpinam ducente auferri; ut etiam audivit ab aliis, ut tem-  
pore predecessorum suorum vigesimalitorum semper fuit  
ipsa via prohibita et falsa.

Mathias Kalnay castellanus castri Ghyalw fassus est de verbo ad verbum similiter, eo quod cum ipso domino Andrea Kalnay fratre suo, cum idem erat vigesimator Brassoviensis, fuisse presens et ipse res in ipsa via tanquam falsa et prohibita abstulisset.

Item agilis Franciscus Kys in civitate Koloswariensi commorans fassus est, quod ipse mansit Brassovie et scit, quod illa via Wthas vocata pretacta semper fuit falsa et prohibita et nullipiam absque sigillo vigesimatoris libera.

Nos itaque seriem huiusmodi fassionis et attestacionis, quomodo scilicet et sub quibus formis verborum per eosdem est depositum, dominationi vestre ad pretactum profestum beati Galli confessoris duximus suo modo amicabiliter et conscientiose rescribendam. Datum tertio die diei fassionis et attestationis premissarum, anno Domini supradicto.

okt.  
15.  
1525.  
szep.  
14.

## 152.

1525. (dec. 25. előtt) Bögöz.

*Antal dersi plébános és közjegyző előtt vargyasi Dane Péter szentpáli halastavát tíz forintért Kornis Miklósnak zálogba veti.*

*Eredetije papíron, alján papírral fedett gyűrűpecséttel, a Magyar Nemzeti Múzeumban, Gróf Rhédey-lt.*

*Daniel G., Daniel Oklevéltár I. 3.*

Nos Anthonius plebanus de Ders auctoritate apostolica notarius publicus et tabellio iuratus, universis et singulis presentes litteras nostras visuris, lecturis pariter et audituris salutem ac orationes in Domino devotas. Memorie commendamus, quod nobilis et egregius Petrus Dane de Vargyas tactus necessitate quadam totalem portionem piscine in territorio Semphal adiacentis in florenos decem nobili et egregio domino Nicolao Kornis ad festum Nativitatis Domini usque impignoravit, tali autem sub conditione et ordinatione, quod si idem nobilis Petrus Dane supradictus illos florenos prenominatos ad

dec.  
25.

terminum prefixum solvere non posset, extunc eo facto  
egregius dominus Nicolaus Kornis primam punctionem  
totalis portionis eiusdem Petri Dane iamdicti habeat at-  
que assummat, et insuper idem egregius dominus Nic-  
olaus Kornis portionem predictam illius piscine tamdui in  
pignus habeat ipsemque occupat, donec eidem exponenti  
nobilis Petrus Dane iam sepefatus plenariam de et super  
florenis X fecerit solutionem atque satisfactionem, vigore  
et testimonio harum nostrarum litterarum mediante. Pre-  
sentibus ibidem nobilibus et egregiis dominis Francisco  
Pethki et altero Francisco Kachai et Paulo Bethlenn. Da-  
tum in Begez, tempore sedis iudicarie anno Domini 1525.  
1525.  
(dec.  
25. e.)

## 153.

1582. márc. 11. Székelyvásárhely.

*Az erdélyi rendek intik Barcsay Andrást és Györ-  
gyöt, hogy Déva várát a hütlenség és hazaárulás bünteté-  
sének terhe alatt adják a Magyarország példájára Erdély-  
ben is királyá választott Ferdinánd vajdájának, Perényi  
Péternek a kezeibe.*

*Eredetije* félív papiron, három papírral fedett záró gyűrűpecséttel  
az Erd. Múzeumban, Báró Szentkereszthy-lt.

A három pecsét közül a baloldali töredékes, *címere*: kivehetet-  
len; a középső *címere*: kézfej (!) fölfelé kiegyenesített ujjakkal; az  
utolsó: a Bethlenek koronás, szájában országalma tartó kígyója.

Egregii amici dilecti.

Memineritis, quod quotiescumque castrum illud a vo-  
bis petitum est, semper respondistis, vos illi tenere velle,  
quem hoc regnum in dominum assumpmeret. Jam dudum  
vero intelligere potuistis, serenissimum principem et do-  
minum, dominum Ferdinandum regem, sicut per univer-  
sitatem dominorum praelatorum et baronum, ac magna-  
tum et procerum atque nobilium regni Hungariae, ita et  
per hoc regnum, universitatem scilicet nostram in domi-  
num et regem electum et assumptum esse et iam specta-

bilem quoque et magnificum dominum Petrum de Peren comitem et vayuodam nostri in medio habere, vos vero castrum illud contra suam maiestatem et ipsum dominum comitem et vayuodam indebite tenere vultis, nam et cotunc, dum curam eius assumpsistis, sine ratione intrastis. Hortamus igitur vos, ut ulteriori am(m)onitione et exhortatione nostra superinde non exspectata, (quia his plura nec scribere nec nunctiare volumus,) iam demum castrum illud, quod vos et etiam Johannem Zapolayam nullatenus concernit, dicto domino nostro, comiti et vayuodae spontanea vestra voluntate reddere et resignare debeatis, facietis namque pro vestro ulteriori bono et permansione; nam et alioquin vobis per praesentes significamus, quod si etiam per singula capita nostra nos consurgere et illo descendere oportet,<sup>1)</sup> hoc determinavimus, quod unacum praefato domino nostro, domino comite et vayuoda ad vos descendemus et castrum ipsum de vestris violentibus manibus, quomodocunque fieri poterit, excipiemus et vos nomenque vestrum tanquam regiae maiestatis et regni infidelium et proditorum de generatione nostra in aeternum delebimus. Secus igitur, si salus vestra vobis placet, ne feceritis. Ex generali nostra congregatione in oppido Zekelwasarhel profesto beati Gregorii papae celebrata, anno Domini 1528.

1528.  
márc.  
11.

Universitas dominorum regnicolarum,  
nobilium scilicet et siculorum et saxo-  
num transsilvanensium etc.

A címírásos oldalon: Quicquid praeterea is frater  
vester Marcus Kemendy, praesentium scilicet ostensor,  
nostro nomine vobis etiam oretenus dicet, indubia fide  
credatis.

Kilcím: Egregiis Andreeae et Georgio Barchay, nostris  
in castro Dewa existentibus amicis etc.

<sup>1)</sup> oporteat az eredetiben az a betűnek ala, illetve fölé pontozás-sal való törlése mellett.

154.

1529. febr. 13.

*A kolosmonostori convent előtt Gyulafehérvári András és Krasznai Máté szentkirályi pálosok Mihályffy Pétert a szerzetnek egy egész lófőséget illető tófalvi részbirtoka elfoglalásától és bitorlásától tiltják.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36401. (Kolosm. Prot. minus T. fol. 127.)*

Nos conventus monasterii beatae Mariae virginis de Kolosmonosthra. Memoriae commendamus per praesentes, quod venerabiles et religiosi fratres Andreas dc Alba Julia et Matthaeus de Krazna ordinis heremitarum sancti Pauli primi heremita in claustro beatissimae virginis Mariae in promontorio possessionis Zenthkyral vocatae in sede Maroszek vocata existentis fundato degentes, eiusdem claustrum ipsorumque et totius conventus eorundem in eodem claustro existentium nominibus et in personis nostri personaliter venientes in praesentiam per modum protestationis et inhibitionis nobis significare curarunt in hunc modum, quomodo portionem ipsorum ad unum integrum primipilaratum pertinentem et cessam, in possessione Thofalwa vocata, in dicta sede Maroszek existenti habitam simul cum piscinis et aliis cunctis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet egregius Petrus Myhalfy nescitur unde motus pro se et sibi occupasset occuparique fecisset, occupatamque etiam teneret et conservaret etiam dc praesenti potentia mediante, in praeiudicium et dampnum praedictorum claustrum et conventus valde magnum. Unde facta huiusmodi protestatione eundem Petrum Myhalfy et alios universos cuiusvis status et conditionis homines sexus utriusque ab occupatione, possessione in ea haereditatione, detentione, conservatione, impignoratione seu quavis alienatione, sibique ipsis pignoris vel perennali titulo statui factio, seque ipsos in dominium eiusdem quovis quaesito sub colore intromissione, usque fructuum et quarumlibet utilitatum perceptione seu percipi factio,

dominum regem a donatione et datione, universa etiam loca capitularia et conventualia ac alia quaevis credibilia a litterarum eorundem quarumvis superinde extraditione et emanari factione quomodolibet factis iam vel fiendis inhibuerunt contradicendo et contradixerunt inhibendo publice et manifeste coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum sabbato proximo ante diem beati Valentini martyris, anno Domini 1529.

1529.  
febr.  
13.

## 155.

1529. febr. 13.

*Gyulafehérvári András és Krasznai Máté szentkirályi pálosok a kolosmonostori conveni előtt gernyeszegi Erdélyi Jánost, a szentiváni Pisky György özvegye, Dorottya asszony által örökös mise-alapítványul a szerzetnek hagyományozott Unoka elfoglalásától és bitorlásától tiltják.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36401. (Kolosm. Prot. minus T. fol. 128.)*

Nos conventus monasterii beatae Mariae virginis de Kolosmonosthra. Memoriae commendamus per praesentes, quod venerabiles et religiosi fratres Andreas de Alba Julia et Matthaeus de Krazna ordinis heremitarum sancti Pauli primi heremitae in claustrō beatissimae virginis Mariae in promontorio possessionis Zenthkyral vocatae, in sede Maroszeek vocata existentis fundato degentes eiusdem claustri, ipsorumque et totius conventus eorundem in eodem claustrō existentium nominibus et in personis nostri personaliter venientes in praesentiam per modum protestationis et inhibitionis nobis significare curarunt in hunc modum, quomodo egregius Johannes Erdely de Gernyezeg nescitur unde motus totam possessionem Wnoka vocatam, in comitatu Thordensi existentem et habitam, per generosam dominam condam Dorotheam, relictam egregii olim Georgi Pysky de Zenth Iwan dicto claustro et conventui fratrum praetacto in refrigerium animae

suae pro missis perpetue ibidem celebrandis simul cum cunctis utilitatibus et pertinentijs quibuslibet testamentaliter legatam ab eisdem claustro et fratribus, eosdem de dominio eiusdem possessionis ejiendo, expellendo et excludendo occupasset et occupari fecisset potentia mediante, occupatamque teneret et conservaret etiam modo in praeiudicium et dampnum dictorum claustri et conventus valde magnum. Unde facta huiusmodi protestatione eundem Johannem et Franciscum Erdely et alios universos cuiusvis status et conditionis homines sexus utriusque ab occupatione, possessione in ea haereditatione, detentione, conservatione, impignoratione seu quavis alienatione, sibique ipsis pignoris vel perennali titulo statui factione, seque ipsis in dominium ciusdem quovis quaesito sub colore intromissione, usque fructuum et quarumlibet utilitatum perceptione seu percipi factione, dominum regem a donatione et datione, universa etiam loca capitularia et conventionalia ac alia quaevis credibilia a litterarum eorundem quarumvis superinde extraditione et emanari factione quomodolibet factis iam vel fiendis inhibuerunt contradicendo et contradixerunt inhibendo publice et manifeste coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum sabbato proximo ante diem beati Valentini martyris, anno Domini 1529.

1529.  
febr.  
13.

## 156.

1530. aug. 10. körül.

*Zapolyai János király Kézdivásárhely mezővárosának heti vásárokát és évenként három országos vásárt adományoz.*

*Ereditije elrongyolódott papíron, aljára nyomott kir. nagy pecsét nyomaival, Orsz. lt. gyulafehérvári kápt. oszt. Cista Kraszna III. 7.*

Commissio propria domini regis.

Nos Johannes dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedite universis, quod nos tum

ad nonnullorum fidelium nostrorum humilimae supplicationis instantiam per eos nostra (propterea) factam maiestati, tum vero pro utilitate et commodo regni nostri ac regnolarum nostrorum transsilvanensium ad oppidum nostrum Kyzdywasarhel vocatum, in sede Kyzdy habitum, forum annuale liberum singulis ebdomadis feria quinta, deinde nundinas liberas pro dominica Reminiscere, nec non sanctorum Georgii et Demetrii martyrum festivitatibus, diebusque huiusmodi dominicam Reminiscere ac festa praecedentibus et subsequentibus ad id scilicet aptis et sufficientibus, singulis annis occurrentibus, omnino sub iisdem libertatum praerogativis, quibus nundinae seu fora annualia liberarum civitatum seu possessionum quarumcunque celebra(n)tur, perpetuo celebrandum duimus, annuentes et concedentes, immo annuimus et concedimus praesentium per vigorem, [absque]<sup>1)</sup> tamen praeiudicio nundinarum seu fororum [annualium]<sup>2)</sup> .....<sup>3)</sup> singulos mercatores, institores ac .....<sup>4)</sup> homines quietos reddimus et securos, quatenus ad praedictas nun[dinas seu fora annualia]<sup>5)</sup> in dicto oppido Kyzdywasarhel perpetuo celebrari concessas et .....<sup>6)</sup> et mercibus libere et sine omni formidine rerum et personarum vestrarum]<sup>7)</sup> .....<sup>8)</sup> et acceditis, peractisque ibi vestris negotiationibus ad propria vestra .....<sup>9)</sup> rebus et personis vestris semper salvis remanentibus sub nostra protectione]<sup>10)</sup> .....<sup>11)</sup> volumus per fora et alia loca ubique palam facere proclaimari. Pr[aesentes autem, quas]<sup>12)</sup> .....<sup>13)</sup> fecimus consignari, post earum lecturam reddi semper iubemus pr[aesentanti. Datum]<sup>14)</sup> .....<sup>15)</sup> beati Laurentii martyris, anno Domini Millesimo quingentesimo tr[icesimo, regnorum nostrorum]<sup>18)</sup> anno quarto.

csüt.  
ápr.  
24.  
okt.  
26.

1530.  
aug.  
10. k.

<sup>1)</sup>—<sup>2)</sup> Kiszakadozva.

<sup>3)</sup>—<sup>4)</sup> Kiszakadozott és olvashatatlan szavak.

<sup>5)</sup> Kiszakadva.

<sup>6)</sup> Kiszakadt és olvashatatlan szavak.

<sup>8),</sup> <sup>9),</sup> <sup>11),</sup> <sup>13),</sup> <sup>15)</sup> Kiszakadt és olvashatatlan szavak.

<sup>7),</sup> <sup>10),</sup> <sup>12),</sup> <sup>14),</sup> <sup>16)</sup> Kiszakadva.

157.

1535. ápr. 27.

*A kolosmonostori convent előtt Vecsey Antal, a szentkirályi pálosok priorja és Szolnoki János scriptor egyfelől, Tholdalaghi Barnabás fia Mihály és leánya Zsófia, Borbátvíz Jánosné másfelől, tholdalagi halastavuk, illetve nagyercsei telkeik felét kölcsönösen elcserélik.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36404. (Kolosm. Prot. minus Extraxit fol. 112.)*

Nos conventus (monasterii)<sup>1)</sup> beatae Mariae virginis de Kolosmonosthra. Omnibus Christi fidelibus (praesentibus)<sup>2)</sup> pariter et futuris praesentium notitiam habituris salutem in omnium Salvatore. Ad universitatis vestrae harum serie volumus devenire notitiam, quod religiosus frater Anthonius Wechey prior conventus fratrum heremitarum ordinis beati Pauli primi heremita in claustrō beatae Mariae virginis de supra Zenthkyral penes oppidum Wasarhel fundato residens una cum fratre Joanne scriptore de Zolnok, socio suo in persona totius conventus constituti ab una, parte vero ex altera nobilis Joannes Barbathwyzy de Tholdalak in personis Michaelis et dominae Sophiae consortis suae, haeredibus scilicet condam nobilis Barnabae de Toldalak coram nobis personaliter constituti sponte et libere confessi sunt retuleruntque in hunc modum, quomodo ipsi matura intra se ipsos deliberatione praehabita talem fecissent concambiale permutationem perpetuo duraturam, quod primo praefati fratres Anthonius Wechey prior et totus conventus quandam directam medietatem cuiusdam piscinae eorum desertae in possessione Toldalagh vocata, in comitatu de Thorda existenti habitae ad claustrum eorum praefatum pertinenter simul cum cunctis utilitatibus ac locis molendinorum, aquis et aquarum recursibus et omnium utilitatum integratibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad eandem de iure et ab antiquo spectantibus, pertinereque

<sup>1)</sup>—<sup>2)</sup>) Szöveg kiegészítés céljából betoldva.

debentibus praefatis Joanni Barbathwyzy et Michaeli filio condam nobilis Barnabae de Tholdalagh, fratri scilicet uterino consortis suaem dominae Sophiae, haeredibusque et posteritatibus eorum universis dedissent, inscripsissent, contulissent et permutassent iure et titulo perennalis concambialis permutationis irrevocabili in filios filiorum et haeredum per haeredes tenendam, possidendam pariter et habendam, prout dederunt, ascripserunt, contulerunt et permutaverunt. Econverso vero iamdictus Joannes Barbathwyzy directam et aequalem medietatem omnium sessionum suarum, eundem et consortem dominam suam Sophiam atque Michaelem de Tholdalagh concernentium in possessione Nagh Erche in comitatu de Kolos existentium et habitarum, una cum quadam piscina Soostho vocata ibidem constructa, in quibus quidem sessionibus nunc quatuor iobagiones residerent, videlicet Paulus Czeegy, Thomas Benke, Blasius Sypos et Blasius Nagh, reliquis desertis existentibus, quaequidem medietas sessionum suarum a parte ecclesiae parochialis existeret et consisteret, dempto uno prato fenili Erchey Isek vocato, quo hactenus ad domum suam usus fuisset, simul cum cunctis utilitatibus et pertinentiis earundem quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, campis, piscinis, fenetis, fenilibus, silvis, nemoribus, rubetis, virgultis, aquis, fluviis, rivis aquarumque decursibus, molendinis, piscinis, piscaturis, molendinorumque et piscinarum locis, montibus, vallibus et vinearum promontoriis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum earundem integratibus, quovis nominis vocabulo vocatis, ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus pertinereque debentibus iamdicto fratri Anthonio Wechey priori et toto conventui praefatorum fratrum heremitarum dedisset, inscripsisset, contulisset et permutasset iure perennalis concambialis permutationis irrevocabili, nullum ius nullamve iuris et dominii proprietatem eaedem ambae partes in eisdem sibipsis de cetero reservando, sed totum et omne ius, omnemque iuris et dominii proprietatem in se ipsos posteritatesque ipsorum vicissim et alternativam

transtulissent iurique ipsorum ascripsissent, prout trans-  
tulerunt et ascripserunt coram nobis pleno cum effectu;  
hoc non praetermisso, quod iamdictus Joannes Barbath-  
wyzy praefatis fratribus ad concambium praefatum super-  
addidisset in paratis pecuniis florenos duodecim; eo etiam  
declarato, quod si temporum processu eundem Joannem  
Barbathwyzy, aut Michaelm de Tholdalagh vel dominam  
Sophiam, consortem praefati Joannis Barbathwyzy abs-  
que haeredum solatio mori aut in semine deficere con-  
tingeret, extunc predicta medietas piscinae in Tholdalagh  
per eosdem fratres eisdem per concambium datae  
iterato ad praefatum claustrum et consequenter in fratres  
praefatos devolvi debeat et descendat; tali vinculo  
interposito mediante, quod si qua partium in praemissa  
ordinatione et concambiali permutatione non persisteret,  
sed eam in toto vel in parte infringueret, extunc contra  
partem alteram in ea persistentem et inviolabiliter obser-  
vantem in florenis ducentis auri puri convincatur et con-  
victa habeatur harum nostrarum vigore et testimonio litt-  
terarum mediante Datum feria tertia proxima post festum  
beati Marci euangelistae, anno Domini 1535.

1535.  
ápr.  
27.

## 158.

1537. jun. 4. Szamosfalva.

*Mikola László erdélyi alvajda és székely alispán em-  
lékezeti Csík és Gyergyó székelységét a székelyvásárhelyi  
országgyűlés végzésére, amely fejenként való felülés ese-  
tén elrendelte, hogy a közönséges sorsban levő emberek  
húszanként egy élelmiszerekkel és fegyverrel felszerelt  
szekérrel tartoznak hadba szállani.*

*Eredetije papíron, alján zöld viaszpecsét töredékeivel az Erd.  
Múzeumban, Báró Kemény-lt. lajstromozatlan.*

Ladislaus Mykola de Zamosfalva vicevayvoda Trans-  
silvanus et siculorum vicecomes etc. Egregiis et agilibus  
universitati trium generum siculorum sedis Chyk et Ger-

gyo salutem cum honore. Meminere vos decet, qualiter  
luit conclusum circa festum Nativitatis beati Joannis  
Baptistae, cuius terminus nondum advenit, per universi-  
tatem dominorum regnicolarum trium nationum partium  
istarum transsilvanarum in generali eorum congregatione  
per spectabilem et magnificum dominum Stephanum May-  
lath comitem et wayvodam etc. dominum nostrum gratio-  
sissimum eisdem in Zekelwasarhel celebrata, ut dum et  
quandocumque huic regno per singula capita consurgere  
necesse fieret, tunc singuli viginti communis conditionis  
homines singulum unum currum cum sufficientibus victua-  
libus et qualia arma hunc deberent, et nullus auderet ad  
alterum respicere, vel demonstrando expectare, sed ad  
quemcumque litterae praem(m)itentes pervenirent, om-  
nis ille sub poena ibidem imposta, hoc est sub amissione  
capitis et omnium bonorum statim absque omni mora  
surgere, et quocumque vocatus fieret, omni occasione  
semota venire debeat et teneatur. Nunc autem tales  
rumores venerunt ad nos, propter quos necesse visum est,  
ut vos omnes ad hoc memineri faceremus et requiremus,  
ut tali modo, sicut praemissum est, omnis homo paratus  
esse deberet. Requirimus igitur vos et nihilominus vobis  
et vestrorum cuilibet harum serie in persona praefati do-  
mini nostri gratiosissimi sub poena praenotata firmiter  
committimus, quatenus agnitis praesentibus, unusquisque  
vestrorum tam cum equitibus quam peditibus etiam si  
decem essetis in una domo, armis bellicis, sicuti tunc con-  
stitutum est, omnibus horis ita promptus et paratus, etiam  
cum praedictis curribus et victualibus esse debeat et tene-  
atur, ut dum et quamprimum per alias litteras nostras, vel  
etiam per alium signum nostrum bellicum requisiti fueritis,  
mox prout et quando vel scilicet partiales vel totales  
vocati fueritis, cum omnibus appartenitis vestris, nullus  
ad alterum respiciendo vel expectando surgere et venire  
possitis et valeatis, debeatisque et teneamini. Nam alio-  
quin unusquisque certus sit, quod si quisunque tepidus,  
vel negligens, vel contrarius fore intelligeretur, poena pree-  
missa omnino et de facto primetur. Diaeta tamen partialis,

jun.  
24.

quae de mandato regni, item domini nostri clementissimi  
jun. ad oppidum Thorda ad profestum beatorum Viti et Mo-  
14. desti martyrum iam venturum potioribus universitatis  
trium nationum indicimus, per hoc ne turbetur, nec pree-  
tereatur, nam et illic curam adhibebimus deo iuvante,  
quid etiam de cetero postea faciendum erit pro regni et  
patriae defensione, saltem quod unusquisque promptus  
et paratus esse teneatur. Nec secus quisque poena sub  
praemissa facere audeat. Datum in domo nostra Zamos-  
1537. falva praedicta, feria 2-da proxima post festum sacratis-  
jun. simi Corporis Christi, anno Domini Millesimo quingen-  
4. tesimo tricesimo septimo.

## 159.

1539. ápr. 17. Torjavásárhely.

A Kézdi széki egyházi és világi bíróság Balázs lem-  
hényi plébános, kézdi alesperestnek a tizedszedés felülvizs-  
gálatára kiküldött és öt megkárosító albisi Both Lukács  
székbíró ellen indított perét az ítélettel elégedetlen al-  
esperest felfolyamodására Enyedi Adorján dobokai fő-  
esperest erdélyi vicarius elébe terjeszti.

*Eredetije* csaknem teljesen szétmállott papíron, Orsz. lt. gyula-  
fehervári kápt. oszt. *Lymbus I.*

Post nostri commendationem.

Venerabilis et egregie domine nobis observandissime.

Noverit eadem, quomodo diebus his retroactis discre-  
tus dominus Blasius plebanus de Lehmen et vicearchidia-  
conus sedis Kyzdi hunc agilem Lucam Both de Albis praee-  
sentium scilicet exhibitem iuris remedio evocari fecerat  
in praesentiam vestrae egregiae dominationis; tandem per  
interlocutiones proborum hominum et eorum pari seu  
consona voluntate elegerant nos eisdem in iudices arbit-  
ros, dumque nos ad iura reddenda consedissemus pro tri-

bunali, idem dominus vicearchidiaconus proposuit contra eundem Lucam Both, qualiter ipse anno elapso dum fuisse iudex terrestris et ad rectificandas decimas iuxta morem et consuetudinem huius sedis nostrae e sede dimissus, extunc eidem domino vicearchidiacono idem Lucas Both in rectificandis decimis simul cum pecuniis et agnellis intulisset dampnum quadraginta florenorum hungaricium. Quiquidem Lucas Both dictus econverso respondit, quod ipse dc pecuniis decimalibus penitus nil accepisset praeter sex asperos, et etiam illas non per se, sed fratrem suum uterinum, et illas paratus erat solvere; et etiam, quod dc agnellis nec per se, sed et neque fratrem suum nullum accepisset. Tandem nos arbitri subscripti post eorum multas altercationes et colloquia iudicium tale<sup>1)</sup> inter ipsas partes fecimus: Quia dictus dominus Blasius vicearchidiaconus testibus cum fide dignis comprob[avit],<sup>2)</sup> ut ipse Lucas Both dictus in utroque eidem domino vicearchidiacono contulisset dampnum quadraginta florenorum, ipse Lucas Both eundem dominum vicearchidiaconum contentum redderet ad effectum de dampnis dictorum quadraginta florenorum. Quiquidem dictus dominus vicearchidiaconus, licet nos eisdem partibus rectum et iustum sperabamus fecisse iudicium, nostro iudicio non contentus, sed causam suam appellavit in praesentiam vestrae egregiae dominationis. Haec quoque vestrae egregiae dominationi conscientiose et fide nostra christiana, qua utimur, mediante conscripsimus.

Praeterea eandem valere adoptamus.

Ex Thory(a)wassarhely, feria quinta ante dominicam Misericordia Domini, anno ciusdem dominicae Nativitatis Millesimo quingentesimo tricesimo nono.

1539.  
ápr.  
17.

<sup>1)</sup> talum az eredetiben

<sup>2)</sup> Kiszakadt.

Lucas de Osdola et  
Dominicus de ..... <sup>3)</sup> plebani,  
in foro spirituali et  
arbitri iudices in causis partium, pa-  
rati quamvis ad vota vestrae egregiae  
dominationis in omnibus.

Ladislaus Appor  
de Althorya et  
Michael Cheh  
[de]<sup>4)</sup> Zenthkatholna  
in foro seculari

*Külcím:* Egregio et venerabili domino Adriano (de Enyed) archidiacono Dobocensi, canonicoque et vicario almae ecclesiae Albensis Transsilvanae, domino nobis observandissimo.

## 160.

1550. ápr. 1. Görgény.

Nagymihályi Ödönffy László görgényi porkoláb és székely ispán szentdemeteri Nyujtói Gergelynek és tár- sainak meghagyja, hogy a Halom nem Péter ágán Udvarhely széken levő, Kis Miklós lófősége nevű lófőség felett véczkei Kis Péter és Péter János felperesek és kisgalambfalvi Benes Barnabás alperes között folyó perben Keresztúron tartsanak vizsgálatot.

Eredetije papíron, alján zöld viaszpecsét töredékeivel az Erd Múzeumban, Báró Kemény-It., Codex authenticorum Keményianorum I. 46.

Ladislaus Ewdenny de Naghmyhal praelectus arcis Gewrgen et siculorum comes etc. Agilibus Gregorio et Thomae Nywytdy de Zenthdemether, Michaeli Ewssy de Naghsolmos, Benedicto Gereb de Fyadfalwa, Blasio de Patakfalwa, Stephano Ilkei, Georgio Kaczay, Paulo Far- kas de Begezw salutem et amicitiam paratam cum honore. Noveritis, quod nobis feria tertia proxima post do-

<sup>3)</sup> Olvashatatlan név.

<sup>4)</sup> Kiszakadt.

minicam Palmarum una cum nonnullis dominis et regni  
nobilibus pro faciendo moderativo iudicio causantibus in  
sede nostra iudiciaria sedentibus agilis Ambrosius Sepsy  
pro se personaliter ac pro agilibus Petro Kys et Joanne  
Pether de Veeczke cum nostris litteris procuratoriis ut  
actores ab una, ac agilis Nicolaus Koacz pro agile Barnaba Benes de Kysgalambfalwa nomine procuratorio ut in  
causam attracto partibus ab altera, iuxta legationem agilis  
Clementis Vagassy nuncii sedis Vdwarhel in figura nostri  
iudicii comparendo, ipsaque legatione coram nobis declarata et per nos communita praefati actores proposuerunt contra eundem in causam attractum eo modo,  
quomodo quidam primipulatus Kys Myklos lofewsege vocatus in genere Halom et ramo Peter Aga in sede Vdwarhel existens, ipsos actores iure avito concernens,  
quem annis superioribus iuris processu integre pro se obtinuissent, apud manus praefati in causam attracti haberetur potentia mediante. Unde iidem actores eundem integrum primipulatum, una cum poena potentiae ac refusione dampnorum florenos quinquaginta per perceptiōnē fructus eiusdem primipulatus eisdem actoribus illatorum, ab in causam attracto repetere vellent iure admittente. Quo auditō praefatus procurator < in causam attracti ><sup>1)</sup> respondit, quod annotati actores causam hanc contra < in causam attractum ><sup>2)</sup> calumniōse prosequerentur, nam iidem actores praefatum primipulatum non integre, sed quoad medium duntaxat partem obtinuissent, in alter[a] vero dimidietate<sup>3)</sup> eiusdem primipulatus in hunc usque diem in causam attractus pacifice perstitisset et nunc persisteret; nam sexto quoque anno post obtentiōnē medietatis primipulatus praemissae per actores modo praemisso factam usumfructum eiusdem primipulatus habuisset. Hoc percepto procurator actorum<sup>4)</sup> subiunxit,  
quod in causam attractus in ipso sexto anno, quem me-

ápr.  
1.

<sup>1)</sup> actoris *az eredetiben*.

<sup>2)</sup> actorem *ugyanott*.

<sup>3)</sup> dimidietatem *ugyanott*.

<sup>4)</sup> actoris *az eredetiben*.

morat, usumfructum trium possessionum primipulatus perceperisset quidem, sed ex annuentia et consensu actorum per huiusmodi occasionem, quod appetente praemisso anno sexto, cum perceptio fructuum primipulatus iuxta gradum consuetum se obtulisset, in causam attractus in dominium et perceptionem fructuum ipsius primipulatus se ingessisset, et habita tandem compositione inter eundem in causam attractum et actores, iuxta eandem compositionem in dominio usus praedictarum trium possessionum in causam attractus per actores fuisse relictus, et facta huiusmodi compositione actores se in dominio primipulatus praedicti legitima statutione mediante integre firmassent nullo penitus contradictore apparente, et huiusmodi statutionem factam fuisse eorum attestacione, qui execucionem statutionis peregissent, si superviverent, probare possent. Quia tamen exsecutores statutionis obierunt, attestacione iudicum<sup>5)</sup> illorum, quibus super praemissa integra statutione primipulatus per praefatos exsecutores statutionis legitima relatio facta exstitit, probare promptus esset. Ad haec procurator in causam attracti subdidit, quod in integrum possessionem primipulatus nunquam se actores statui fecissent, cum nec praeter medietatem eius iure aquisierint ac obtinuerint, quod et ipse probare promptus esset. Hoc percepto procurator actorum<sup>6)</sup> asserit, quod actores tempore prioris obtentio- nis quoque primipulatus integrum primipulatum aquisivis- sent et tunc quoque in integrum possessionem eiusdem primipulatus legitime se statui fecissent et hanc quoque assertionem suam testatione iudicis illius temporis pro- bare paratus esset. Et quia partibus iustitia fieri non poterat, nisi super praemissis partium assertionibus per vos veritas inquiratur, igitur requirimus vos et nichilominus vobis harum serie autoritate domini nostri gratiosissimi qua fungimur committimus, quatinus acceptis praesentibus sub oneribus alias in talibus observari solitis decimo

<sup>5)</sup> iudicium az eredetiben.

<sup>6)</sup> actoris az eredetiben.

quinto die a die praesenti numerando ad possessionem Kereztrw simul vel duo vestrum accedere, ibique universos testes, quos partes praefatae coram vobis duxerint nominandos, sub onere sedecim marcarum vestri in praesentiam convocando, ab eisdemque ad fidem corum deo debitam fidelitatemque sacrae coronae regni observandam super praemissis partium assertionibus sciatis, inquiratis et experiamini meram, plenam atque omnimodam certitudinis veritatem. Et post haec vos seriem huiusmodi attestationis, ut fuerit expedita, nobis ad octavum diem diei exsecutionis fide vestra mediante referre vel rescribere debeatis et teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in arce Gewrgen, termino in praenotato, anno Domini Millesimo quingen tesimo quinquagesimo.

ápr.  
15.

ápr.  
22.

1550.  
ápr.  
1.

Lecta et correcta.

## 161.

1554. márc. 22. Lekencze.

*Kendi Ferenc és Dobó István erdélyi vajdák és székely ispánok levele a csíki és gyergyai székelyekhez, melyben korholják őket a határaiak őrzésében való hanyagságukért s reá mutatván a moldvai vajda kétszínűségére, késszületre buzdítják, hogy elrabolt javaikat alkalom adtán a moldvaiaktól visszaszerezhessék. Bárki legyen, aki engedélyük nélkül Moldvába akar menni, fogják el és küldjék hozzájuk.*

*Eredetije papíron, két ép záró pecséttel, Orsz. lt. Történelmi Emlékek B.*

Egregii et agiles fratres charissimi. Salutem.

Quamvis saepius vos et antea fuerimus hortati, ut pro tuenda salute vestra defensioneque coniugum et librorum vestrorum ad insurgendum ita parati essetis, ut ad subitam quamquam hostium eruptionem statim armati consurgere, coniunctisque et adunatis viribus vitam, libertatem, charosque liberos et uxores tueri et defendere pos-

sitis, sed nostra eiusmodi monita quantum apud vos pro-  
ficerint, inopinatus iste adventus hostium, qui nunc pro-  
xime accidit, satis declarare potest, quibus, si pro tuenda  
patria vestra vigilaretis, non solum resistere, sed etiam  
cum ignominia a finibus vestris illos propulsare possetis,  
quos nunc quoque nulla alia res tam audaces fecit, nisi  
vestra in agendis vigiliis cessatio. Hortamur igitur iterum  
vos, vobisque auctoritate regia mandamus firmiter, ut  
deinceps ita parati sitis, ut ad omnem eruptionem hostium  
statim ad unum omnes consurgere, armatique hostibus  
obviam ire possitis, certo vobis persuadentes, quod nos  
violatores huiusmodi mandati nostri non solum ablatione  
rerum, sed etiam capitis suppicio puniri faciemus.

Et licet nos iam aliquoties vayvodam Moldaviensem  
et per litteras et per nuncios nostros requisiverimus de  
bona vicinitate conservanda, ad quam rem ultro quoque  
ille se aliquoties nobis obtulerat, verum cum facta illius  
diversa ab eius sermone esse videamus, subque amici per-  
sona inimicum se declarare, hortamur vos, eum facultatem  
recuperandarum rerum vestrarum per moldavos direpta-  
rum antea quoque vobis per nos concedi postulassetis, ut  
nacta occasione pro conditione loci et temporis, ubi ali-  
quam commoditatem ad ea recuperanda, quae illos a vobis  
direpta sunt, esse videritis, vos quoque vicem illis re-  
pendere velitis.

Quicunque autem ex hoc regno in Moldaviam in-  
gredi voluerint, quicunque tales sint, eos sine aliquo re-  
spectu personarum, penes quas litterae nostrae non  
fuerint, intercipere captosque ad nos mittere debeatis.  
Quod de illis quoque, qui Moldavia egrediuntur, vos facere  
iubemus, ad augendas tamen vigilias sitis diligentes, ne  
1554. inopinatos vos hostis opprimat. Ex Lekencze, 22. die Mar-  
márc. tii, anno Domini 1554.

22.

Franciscus Kendi de Zenthywan

et

Stephanus Dobo de Rzwka,  
vayvodae Transsilvani et siculorum  
comites etc.

*Kiilcím: Egregiis et agilibus capitaneis, iudicibus, principulis, senioribus ac universitati sicularum sedium Chyk et Gyergyo fratribus charissimis.*

## 162.

1554. ápr. 17.

*I. Ferdinand a székelységnek a pozsonyi országggyűlésre küldött követei Bernáld Balázs és Sándor Mihály útján, a György barát idejétől fogva szedett taxától mentesítést igér. Mihályfy Tamásnak, Ferencnek, Csányi Lázárnak, Pókay Györgynek, Balázsnak és Kistóth Mihálynak a János király adta, de most elvett birtokaikért másokat fog adni. A Vitall folyó ügyében, melyet Mayláth István természetes medréből elvezetett és a székelyek földéhez tartozó Piliske havassal együtt Görgény várához csatolt, a vajdák jelentése alapján igazságot fog szolgáltatni. Kún Kocsárdot a János királytól neki adományozott Algyógy és tartozékai birtokában meg fogja erősíteni.*

Eredetije papíron, aljára nyomott papírral fedett pecséttel, Orsz. lt. gyulafehérvári kápt. oszt. Centuria FF. 76.

RESPONSUM SACRAE ROMANORUM, HUNGARIAE, BOEMIAE ETC. REGIAE MAIESTATIS, DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI AD SUPPLICATIONEM FIDELIUM SUBDITORUM SUORUM UNIVERSORUM SICULORUM EGREGIIS ET AGILIBUS BLASIO BERNALD AC MICHAELI SANDOR, QUOS AD COMITIA POSONIENSIA AD PRIMUM DIEM MARTII INDICTA ET CELEBRATA ORATORES DELEGERANT ET MISERANT. DATUM DIE DECIMA SEPTIMA MENSIS APRILIS (ANNO)<sup>1)</sup> DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO QUINQUAGESIMO QUARTO.

(1554.)  
márc.

1.

apr.  
17.

Cum sacra maiestas regia dominus noster clementissimus de perpetua fide et fidelitate fidelium suorum universitatis syculorum nunquam dubitaverit, persuadet sibi eius regia maiestas eos nihil praetermisisse, quae ad eorum fidelitatem et officium spectare intelligerent.

<sup>1)</sup> Tollban maradt.

Atque ob eam causam, licet hucusque neminem ad suam maiestatem de medio sui misissent, iis, quas suae maiestati humiliter exposuerunt, causis impediti, sacra regia maiestas eorum humilem excusationem clementi animo admittit, non diffidens de eorum prompta obsequendi voluntate.

Intellexit etiam clementer fidelium suorum universitatis sycolorum excusationem, quod praedictos suos oratores cum aliis nobilium et saxonum Transsilvaniae oratoribus statim expedire non potuerint; sed quoniam ipsi oratores ad ipsam dietam tempestive advenerunt et ipsius dietae celebrationi et conclusioni interfuerunt, sua maiestas in hac parte est bene contenta.

Quoniam autem fideles suae maiestatis universitas sycolorum suae maiestati humillime supplicarunt, quo sua maiestas divisorum Hungariae regum vestigia imitando, ipsos syculos in corum antiquis privilegiis et libertatibus per maiestatem suam sacram etiam confirmatis conservare et manutene dignaretur, maxime vero ne censum aliquem seu taxam pecuniariam, quam ante tempora quondam fratris Georgii nunquam solvissent, maiestas sua ab ipsis exigere non pateretur, maiestas sua in hoc quoque articulo ipsis fidelibus suis clementer respondet: Se hactenus nihil ab ipsis expetivisse, quod contra eorum libertates et privilegia fuisset, imo etiam habita ratione eorum paupertatis, etiam in illis, quae de iure et consuetudine ab ipsis sua maiestas merito petere potuisset, ipsos fideles suos supportatos habuisse, annuit igitur sua maiestas clementer, ab hac census exactione liberos nunc esse.

Ubi autem fideles suae maiestatis universitas sycolorum pro egregiis et agilibus Thoma et Francisco Myhalffy, Lazaro Chany, Georgio et Blasio Pokay ac Michaele Kysthot humiliter supplicant, ut postquam bona ipsis per quondam Joannem regem donata legitime sint adempta, maiestas regia de aliis bonis praedictis eorum fratribus clementer providere dignaretur, sua maiestas per occasionem, ubi aliqua bona vacaverint et per eos de illis infor-

mata fuerit, supplicationibus suorum fidelium memor esse clementer dignabitur.

Quantum autem ad illum fluvium Wy tall vocatum et per quondam Stephanum Maylath de proprio et naturali alveo de terra sicalicali alio derivatum et per ipsum Maylath occupatum attinet, qui ab eo tempore hucusque una cum certa alpium parte Py liske vocata ad terram sicalicalem spectante ad arcem regiae maiestatis Gerghen, possideretur, sua maiestas in hoc articulo se plenius a suis fidelibus vayvodis super ea re informabit et quod iustum fuerit, faciet, neque ea, quae ad terram syculicalem spectabunt, aliquo pacto diminuere permittet.

Clementer etiam maiestas sua prospicere curabit, ne fideles sui nedum a moldavis, sed ab aliis etiam quibuscunque hostibus impedianter, id quod copiose sua maiestas in responso suo ad Status et Ordines trium nationum regni sui Transsilvaniae dato exponere dignata est, neque etiam per occasionem egregio et agili Bernardo Lazar maiestatis regiae clementia est defutura, benigne siquidem sua maiestas huius publicae supplicationis recordari dignabitur.

Praeterea in illis bonis et pertinentiis Aldyod et aliis eo spectantibus, quae olim rex Joannes egregio Gothardo Kwn perpetuo donaverat, unde nunc quoque frater eiusdem Lazarus Kwn ea possidet, ipsum Gothardum Kwn conservare et illam donationem confirmare gratiose dignabitur.

Committet etiam sacra maiestas regia dominis vayvodis, ut iuxta .....<sup>2)</sup> aliquid ius praetenderent in bonis Francisci Wyzaknay, ne ullo unquam tempore iustitiae et iuris via praecludatur.

Ferdinandus m. p.

Nicolaus Olahus  
Strigoniensis m. p.  
Georgius Draskowyth  
praepositus in Jazow.

<sup>2)</sup>) Egy sor kiszakadt.

## 163.

1557. máj. 6. Gyulafehérvár.

Izabella királyné rendelete az ország minden rendű és rangú tisztségeihez, előljáróságaihoz és lakosaihoz, hogy a székelyvásárhelyiek ellen való pereiket ezentúl ne a saját bíróságaik, hanem a székelyvásárhelyi előljáróság előtt jártassák le.

*Eredetije* papíron, aljára nyomott papírral fedett, töredezett pecséttel, a Székely Nemzeti Múzeumban.

Isabella dei gratia regina Hungariae, Dalmatiae, Croatiæ etc. Universis et singulis magnificis dominis, egregiis nobilibus, comitibus, vicecomitibus, iudicibus nobilium comitatuum, capitaneis, iudicibus, assessoribus, senioribus, potioribus, primipulis, provisoribus, castellanis, tricesimatoribus, vigesimotoribus, theloniatoribus, officialibus eorumque vicesgerentibus, item prudentibus et circumspectis magistris civium, iudicibus ac iuratis civibus quarumcunque civitatum, oppidorum, villarum et possessionum, aliis etiam cuiusvis status et conditionis hominibus ubivis in hoc regno nostro Transsilvaniae existentibus et commorantibus praesentes visuris salutem et gratiam. Noveritis, quod fideles nostri prudentes et circumspecti Sebastianus Nyerges iudex ac Emericus Zeoch civis furatus oppidi nostri Zeekelwasarhel nostrae maiestatis personaliter venientes in praesentiam, in suis ac universorum civium et inhabitatorum eiusdem oppidi nostri nominibus et personis gravum querela nobis significare curaverunt, qualiter essent quidam ex vobis, qui ipsos supplicantes contra antiquam ipsorum libertatem iudicio vestro astare compellerent in praeiudicium et derogamen iurum suorum manifestum. Unde supplicatum est maiestati nostrae per eosdem Sebastianum Nyerges iudicem et Emericum Zeoch civem iuratum in suis ac praefatorum civium et inhabitatorum dicti oppidi nostri Zeekelwasarhel, ut nos eisdem superinde de opportuno iuris remedio clementer providere dignaremur. Et quia nos universos fideles subditos nostros

in ipsum iustis iuribus et antiquis libertatibus conservare volumus, proinde fidelitati vestrae harum serie firmissime mandamus, quatinus amodo in posterum annotatos supplicantes simul vel divisim ad quorumvis instantiam vestro astare iudicatu, aut eosdem in personis sive rebus ipsorum molestare, dampnificare aut quovismodo impedire nusquam et nequaquam debeatis; si qui aliquid actionis seu quaestionis contra eosdem supplicantes aut alium eorum se habere praetendunt, coram praefato iudice et iuratis civibus prosequi debeant, ex parte quorum non deerit iudicium et iustitiae impensio. Secus non facturi. Praesentibus perfectis exhibenti restitutis. Datum Albae Juliae, feria quinta proxima post dominicam Misericordia, anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo.

Isabella m. pr.

1557.  
máj.  
6.

## 164.

1568. febr. 3. Székelytámadt vára.

*II. János király az Udvarhely széki protestáns lelkipásztorokat védelmébe vévén, megparancsolja Székelytámadt vára kapitányának, Teleghi Mihálynak, hogy őket javaikkal együtt a törvénytelen háborgatok ellen védelmezze.*

Eredetije papíron, aljára nyomott, papírral fedett pecséttel, Orsz. lt. gyulafehérvári kápt. oszt. Cista Ugocsa I. 11.

Joannes secundus dei gratia electus rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Fideli nostro egregio Michaeli de Thelegd capitaneo et praefecto arcis nostrae Zekeltamat salutem et gratiam. Quoniam nos fideles nostros honorabiles universos ministros ecclesiarum in sede nostra sicaliculi Wduarhely existentium commorantes simul cum ipsis universis rebus et bonis, iustis utputa et legitimis, in nostram regiam recepimus protectionem et tutelam specialem, viceque et in persona nostra vestrae commisimus tuitioni et defensioni. Fidelitati igitur tuae harum

serie mandamus firmiter, quatenus praefatos ecclesiarum ministros simul cum universis rebus et bonis eorum iustis ut praefertur et legitimis contra quoslibet illegitimos im-petidores, turbatores et damnificatores tueri, protegere et defendere modis omnibus debeatis et teneamini, autoritate nostra regia vobis in hac parte praesentibus attributa, iureque et iustitia mediante. Secus nullo modo facturus. Datum in arce nostra Zekeltamat, tertio dic mensis Februarii, anno Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo 1568. febr. octavo.

3. Joannes electus rex m. p.

## 165.

1568. máj. 24. Gyulafehérvár.

*II. János király meghagyja Teleghi Mihálynak, a székely székek kapitányának, hogy Oroszhalut Kézdi székben, melyet „lófejektől elválva“ kiskendi Baládfy Ferencz kü-küllőmegyei főispánnak adományozott, bocsássa az ado-mányos kezébe.*

*Eredetije papíron, zárlatán a királyi kis pecsét nyomaival, Orsz. lt. gyulafehérvári kápt. oszt. Cista Kraszna III. 26.*

Joannes secundus dei gratia electus rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Egregie fidelis nobis dilecte. Sa-lutem et gratiam.

Miérthogy mi Orozhalut, ki Kyzdi székbe vagyon, ló-fejektől elválva, teljességgel az mi hivünknek, vitézlő kyskendi Balatffy Ferencznek, Kwkwlleo vármegyebeli fő-espánunknak kegyelmesen örökbe fiuról fiura adtuk és donáltuk, azért neked erőssen parancsoljuk, hogy a meg-mondott Orozhalut ez levél látván Balatffy Ferencznek vagy emberének, ki e levéllel téged megel, minden járt ke-zébe bocsásd és bírni hadd fiuról fiura neki. Secus nullo modo feceris. Datum Albae Juliae, 24. die mensis Maii anno Domini 1568.

1568.  
máj.  
24.

Ex commissione sacrae ma-  
iestatis regiae propria.

*Kiilcím: Egregio Michaeli de Thelegd capitaneo sedium nostrarum sicalicalium fideli nobis dilecto.*

## 166.

1569. máj. 26. Gyulafehérvár.

*János Zsigmond adománylevele Bánffylosonczi Pál számára, a marosszéki Udvarfalváról.*

*Egykorú bejegyzés Orsz. lt. kolosmonostori conv. oszt. Liber Regius Johannis secundi 1570. fol. 72.*

1569. die 26. Maji sacra electa maiestas regia Albae Juliae totalem et integrum possessionem sicalicalem Vdwarfalwa, in sede nostra Maros existentem habitam simul cum toto et omni iure suo regio in eadem possessione qualitercunque habito ac pariter cum suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, demptis tamen primoribus et primipilis, qui<sup>1)</sup> pro regni Hungariae decreto unius sessonis nobiles habentur, item peditibus pixidariis in eadem possessione ad defensionem regni delectis, si qui forte in dicta possessione Vdwarfalwa existunt, egregio Paulo Banffy Lossonchy de Mogioro, ipsiusque haeredibus et posteritatibus universis iure perpetuo et irrevocabiliter, salvo iure alieno dedit et contulit.

1569.  
máj.  
26.

## 167.

1570. okt. 25. Íkland.

*Nagyernyei Sikó Pál és társai jelentése János Zsigmondhoz, hogy György Pált és Balázst íklandi és székesi székely birtokaikba beiktatták s az ellenmondó káli Kun Benedeket tizenötöd napra törvénybe idézték.*

*A II. János király 1571. márc. 2-án kelt és hátrább közlendő oklevelében átírt jelentés külön is a mvásárhelyi kir. tábla 1768. szep. 26-án hártyafüzetben kiadott másolatában, íklandi György Árpád birtokában Segesvárt.*

<sup>1)</sup> *quos szócskából javítással.*

— — introduximus praefatos Paulum et Blasium Gyeörgy in dominium portionum possessionariarum sicut calium Ikland ac iuris maiestatis vestrae serenissimae, interim Benedictus Kun de Kaál personaliter huic nostrae introductioni contradixit iis verbis: Valami Gyeörgy Pálnak és Gyeörgy Balázsnak östől marath és lófeüség fíjáról való örökségek, mindeneknek ellenne mondok, az Gyeorgy Pál házának is ellene mondok. Datum ex possessione sicalium Ikland, tertio die introductionis et statutionis,<sup>1)</sup> anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo.

1570. okt. 25.

## 168.

1571. márc. 2. Székelyvásárhely.

*II. János király az iklandi és székesi székely örökségeket iklandi György Pálnak és Balázsnak a Pált illető házzal együtt visszaítélvén s a tárgyaláson meg nem jelent alperes káli Kun Benedeket bírságon marasztván, — nagyernyei Székely Ferencnek és társainak meghagyja, hogy az említett székely örökségeket és házat nevezetteknek adják vissza, a Kun Benedek ingó, esetleg ingatlan javaiból pedig a birság erejéig vegyenek eleget.*

A marosvásárhelyi kir. tábla által 1768. szept. 26-án hártyafüzetben kiadott másolata iklandi György Árpád birtokában Segesvárt.

Joannes secundus dei gratia electus rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Fidelibus nostris egregiis et agilibus Francisco Székel de Nagy Ernye, Paulo Siko, Emerico Szász de eadem, Georgio Nagy de Kaál et Gregorio Nagy de Székes salutem et gratiam. Noveritis, quod cum ob contradictoriam inhibitionem statutionis domus agilis Pauli Gyeörgy ac universarum haereditatum eiusdem, nec non agilis Blasii Gyeörgy de Ikland in possessionibus

<sup>1)</sup> A György Pál és Balázs birtokba iktatása, illetve a Kun Benedek ellenmondása 1570. okt. 23-án történt.

eadem Ikland et Székes vocatis, in hac sede Maros existentibus<sup>1)</sup> habitarum, ipsos simul cum omni et toto iure nostro regio qualitercunque in eisdem habito ex perpetua nova donatione nostra regia concernentium, praefati Paulus Siko, Emericus [Szász]<sup>2)</sup> et Georgius Nagy vigesima tertia die mensis Octobris anni immediate praecedentis modum legitimum evo[cation]is<sup>3)</sup> observando fidelem nostrum egregium agilem Benedictum Kun de Kaál ad decimum quintum diem nostram videlicet [evocassent]<sup>4)</sup> in praesentiam; a quoquidem decimo quinto die causa partium praemissa, interveniente generali pro[rogatione]<sup>5)</sup> causarum fidelium nostrorum sicularum, ad praesentem terminum celebrationis iudiciorum octavi diei fe[sti Epi]-<sup>6)</sup> phaniarum Domini, ad quem utputa terminum universae causae eorundem sicularum nostrorum, [nec non (!)]<sup>7)</sup> nobilium Hungariae et transsilvanensium factum actuum potentia(ria)rum, occupationis bonorum, invasi[onis domo- rum, intere]mptionis,<sup>8)</sup> verberationis, vulnerationis et sine iusta causa detentionis nobilium ab [obitu serenissimi quo]ndam<sup>9)</sup> domini Ludovici regis piae memoriae ex publica constitutione [regni (!) adiudicari solitae per regiam maiestatem]<sup>10)</sup> nostram generaliter fuerant pro rogatae, dilative devenerat; quo instante [termino (!) et nobis in fe]sto<sup>11)</sup> (beatae) Dorotheae virginis una cum magistris nostris protonotariis et iuratis [sedis nostraræ iudicariae assessoribus]<sup>12)</sup> pro faciendo moderativo iudicio causantibus in sede nostra iudicaria [pro tribunali sedentibus]<sup>13)</sup> .....<sup>14)</sup> de Andrasfalva pro praefatis actoribus cum nostris litteris procuratoriis iuxta [continentiam litterarum nostra]rum<sup>15)</sup> introductoriarum, statutoriarum et evocatoriarum ac dictorum Pauli Syko, Emerici Szász et [Georgii Nagy ho]minum<sup>16)</sup> nostrorum regiorum superinde relatoriarum in figura iudicii nostri comparendo,

(1570.)

okt.  
23.

nov.  
4.

(1571.)

jan.  
13.

febr.  
6.

<sup>1)</sup> existentium *a másolatban*.

<sup>2)</sup>—<sup>3)</sup> Úres helyek a másolatban.

<sup>4)</sup> Úres hely a másolatban.

<sup>5)</sup> perrogationem *a másolatban*.

<sup>6)</sup>—<sup>16)</sup> Úres helyek a másolatban.

idem pro[curator praefatorum actorum]<sup>17)</sup> quasdam<sup>18)</sup> litteras contra annotatum in causam attractum absentem coram nobis in iudicio exhiberi et [praesentari procuravit,<sup>19)</sup> quarum inscriptio haec est: (*Következik Sikó Pálnak és társainak 1570. okt. 25-én, Iklandon kelt, elébb közölt jelentése.*) — Quibus exhibitis [et praesentatis quia]<sup>20)</sup> annotatus in causam attractus per praefatum procuratorem actorum congruis diebus huius termini [celebrationis]<sup>21)</sup> iudiciorum coram nobis legitime expectatus nostram in praesentiam non venit neque misit, sed [se a facie iuris et iustitiae penitus absentando et per hoc in consue]tis<sup>22)</sup> iudiciorum oneribus convinci et aggravari permittendo, supplicans idem procurator [actorum petivit]<sup>23)</sup> a nobis in praemissis iudicium et iustitiae complementum sibi elargiri. Verum quia, prout [nos ex prae]missis<sup>24)</sup> informabamur, dictum in causam attractum tempore praemissae introductionis, statutionis [eiusdem domus]<sup>25)</sup> Pauli Gyeörgy et universarum haereditatum actorum extra avitas et veteres primipilares [in]<sup>26)</sup> praedictis possessionibus Ikland et Székes in hac sede nostra siculicali Maros existentibus<sup>27)</sup> habitarum coram annotatis hominibus nostris regiis contradictionis velamine obviasse; et eundem per ipsos rationem huiusmodi contradictionis suae redditum vigesima tertia die praescripti mensis Octobris ad decimum quintum diem nostram in praesentiam evocatum fuisse; causamque eandem, interveniente generali pro[rog]atione causarum dictorum dominorum siculorum ad praesentem [terminum celebrationis iudiciorum prorogata]m extitisse; annotatum vero in causam attractum per praefatum procuratorem actorum congruis diebus coram nobis]<sup>28)</sup> expectatum nostram in praesentiam non [venisse neque misisse],<sup>29)</sup> sed se a facie iuris et iustitiae penitus absentasse, et per hoc in consuetis iudiciorum [oneribus]<sup>30)</sup>

okt.  
23.  
nov.  
4.

<sup>17)</sup> Üres hely a másolatban.

<sup>18)</sup> easdem a másolatban.

<sup>19) — 25)</sup> Üres helyek a másolatban.

<sup>26)</sup> Üres hely.

<sup>27)</sup> existentium a másolatban.

convinci et aggravari permisso ex praemissis cernebatur manifeste; propter [quod praedicta]<sup>31)</sup> domus Pauli Gyeörgy et universae haereditates actorum extra avitas et [veteres primipilares in]<sup>32)</sup> dictis possessionibus Ikland et Székes habitae simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis [quibuslibet ac]<sup>33)</sup> omni eo iure, quo ad actores pertinere dignoscuntur, eisdem reddi et restitui; et nihilominus [praedictas in causam attractus]<sup>34)</sup> propter non venientiam et non comparitionem suam in tribus marcis totidem florenos [facientibus, in duabus]<sup>35)</sup> nostris iudicariis, in tertia vero partibus praefatorum actorum partis scilicet adversae [manibus provenientibus et]<sup>36)</sup> persolvendis convinci et aggravari debere nobis ac praefatis magistris nostris [protonotariis et iurat]is<sup>37)</sup> assessoribus sedis nostraræ iudicarie nobiscum in discussione et examine praesentis [causae constitutis et exi]stentibus<sup>38)</sup> cernebatur perspicue; de quorum consilio praematuero et sana [deliberatione praehabita eandem]<sup>39)</sup> domum Pauli Gyeörgy ac universas haereditates actorum extra avitas [et veteres primipilares]<sup>40)</sup> in dictis possessionibus Ikland et Székes habitas simul cum praescriptis cunctis [suis utilitatibus et per]tinentiis<sup>41)</sup> quibuslibet eisdem actoribus ipsorumque haeredibus et posteritatibus [universis iure ipsis ex praemissis incumbenti perpetuo possidendas,]<sup>42)</sup> et nihilominus dictum in causam attractum propter suam non [venientiam et non comparitionem]<sup>43)</sup> in praedictis tribus marcis totidem [sicut]<sup>44)</sup> praemittitur florenos facientibus, in [duabus nostris iudicariis, in tertia]<sup>45)</sup> vero partibus annotatorum actorum partis scilicet adversae manibus [provenientibus et persolvendis convictum et aggrava]tum<sup>46)</sup> esse [iudicando decrevimus et commisimus.]<sup>47)</sup>

[Proinde fidelitatibus vestris harum serie]<sup>48)</sup> committi[mus et manda]mus<sup>48)</sup> firmiter, ut acceptis [praesentibus ..... marca]rum<sup>50)</sup> sub oneribus alias in talibus observari solitis ad facies p[raenominatarum possessionum Ik-

<sup>28—50)</sup> Üres helyek.

lan]d<sup>51</sup>) et Székes in hac sede nostra Marus existentium, consequenterque domus Pauli Gyeörgy ac universarum haereditatum actorum extra avitas et veteres primipilares, vi [cinis]<sup>52</sup>) et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus [accedendo, reddatis]<sup>53</sup>) et restituatis easdem simul cum praescriptis cunctis suis utilitatibus et pertinentiis [quibuslibet]<sup>54</sup>) eisdem actoribus, ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis iure sibi [ex praemissis]<sup>55</sup>) incumbente perpetuo possidentas, contradictione annotati in causam attracti convicti et aliorum [quorum]libet<sup>56</sup>) praevia ratione non obstante; tandem vero ad facies universorum bonorum et haereditatum [ipsius sicul]icalium<sup>57</sup>) ubilibet in hoc regno nostro Transsilvaniae existentium habitorum similiter vicinis et [comme]taneis<sup>58</sup>) earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus pariter accedentes, ibique primum [de re]bus<sup>59</sup>) et bonis eiusdem convicti mobilibus, si quae reperiri poterunt, illis autem non repertis vel non sufficientibus, de eisdem bonis et haereditatibus ciudem siculicalibus, ipsum solum proprie et praecise concernentibus super praescriptis tribus marcis totidem florenos facientibus, in duabus uti praemittitur nostris iudiciariis, in tertia vero partibus praefatorum actorum partis scilicet adversae manibus provenientibus et persolvendis, similiiter contradictione eiusdem in causam attracti convicti et aliorum quorumlibet praevia ratione non obstante, plenariam atque omnimodam satisfactionem impendere et [tandem huiusmodi]<sup>60</sup>) exsecutionis vestrae [seriem ut]<sup>61</sup>) fuerit expedita, nobis ad decimum quintum diem ultimi diei exsecutionis fide vestra mediante referre vel rescribere debeat et teneamini. Secus ne feceritis. Praesentibus perfectis exhibenti restitutis. Datum in oppido nostro Szekel Vásárhely, vigesimo quinto die termi[ni p]rae<sup>62</sup>) notati, anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo primo.

1571.  
márc.  
2

Lecta et correcta.

<sup>51</sup>—<sup>62</sup>) Üres helyek.

## 196.

1572.

Báthori István válasza az Udvarhely széki főszemélyeknek és lófejeknek személyes szabadságuk, a nyilföldek elosztása, a földönlakók, a series szerint való ítéletek helybenhagyása és az appellált perek felküldése ügyében előterjesztett könyörgésére.

Egykorú másolata Orsz. lt. gyulafehérvári káptalani oszt. Cista  
Ugocsa I. 13.  
Későbbi kézzel: 1572. Udvarhelyszékiek supplicatiójokra való  
resolútioja Báthory Istvánnak

### RESOLUTIONES PRIMORIBUS ET PRIMIPILIS SEDIS SICULICALIS WDWARHELL SECUNDUM ARTICULOS DATAE.

Legelső articulusba, a hul könyörögtök, hogy az főszemélyeket és utánok az lófejeket nemességeknek szabadságok ellen udvarbíró meg ne fogtatná, arrul illyen választ adtunk, hogy a féle renden való fő személyeket és nemesseket ennek utánna az udvarbíró meg ne fogjon, hanem ha saját mi parancsolatunkat látangya.

Második articulusba, ahul a nyll földek elosztása felől emlékeztek, arrul ez a válasz, hogy jóllehet immáron egy néhánszor módot és tanuságot adtunk legyen ti nektek abbul is a dologbul, mindenkorál tartásával ahol magatokat, a mint legutólszor e minapiba Brassóba végeztünk a féle nylak felől.

Harmadik articulusba, a hul a földön lakosok felől supplicáltok, arrul is ugyan akkor ott Brassóban választok és tanuságtok lwn, tartásával ahol mostann is magatokat.

Negyedik articulusba az series felől tesztek emlékezetet. Az series szerént való ítéletet mi meg háborítani nem akarjuk, hanem ha valami oll nagy dolog leszen, kibe egyéb nem lehetne.

Ötödik articulusba, a hul az appellációk transmittálása felől könyörögtök, méltó dolog, hogy cum tota serie

appellálljon; de miért hogy a mint w exponál, nekünk úgy kell praeceptoriat adnunk; rebus sic stantibus, nisi aliquid legitimum obsistat impedimentum, ti lássátok meg, törvén szerént ha kelljen transmittálni avagy nem a causát.

## 170.

1572. jan. 7. Székelyvásárhely.

*Báthory István erdélyi vajda és székely ispán a székelyvásárhelyi és marosszeredai lakosokat Izabella királyné és második János király példájára a szultánnak fizetendő adó s a váradi vár építésére kirótt hadi segély ki-vételével, minden nemű adózás alól fölmenti.*

*Eredetije egész ív papíron, alól a középen papírral fedett ép pecséttel a Székely Nemzeti Múzeumban.*

*A sárkányfogas pecsét körirata: † STEPHANVS † BATORI † D † S.*

Nos Stephanus Bathory de Somlyo waiuoda Trans-sylvanus et sicularum comes etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod serenissimi quondam principes, domina. Isabella regina ac dominus Joannes secundus dei gratia electus rex Hungariae etc. piae memoriae cum ad nonnullorum fidelium consiliariorum suorum humillimam supplicationem, tum vero consideratis fidelibus servitiis fidelium suorum universorum inhabitatorum oppidorum sicalicalium Zekel-wasarhel' et Zerda, eisdem pro temporis et loci diversitate constanter exhibitis et impensis, ut eadem oppida inhabitatoribus refertiiora esse et rebus etiam corporalibus dite-scere, ac in dies magis et magis augeri et locupletari queant, eosdem universos et singulos colonos et inhabitatores eorundem oppidorum a solutione quarumcunque taxarum et contributionum, ipsis et camerae suae provenire debentium, excepta duntaxat taxa et contributione potentissimi imperatoris thurcarum, ad excelsam eiusdem Portam spectante, in perpetuum clementer eximendos et sup-

portandos duxerant, imo exemerant et supportaverant certarum eorundem litterarum nobis in specie exhibitarum mediante. Quas nos quoque observare volentes, eosdem universos et singulos colonos ac<sup>1)</sup> inhabitatores oppidorum Zekelwasarhel' et Zerda iuxta praemissam antedictorum condam principum annuentiam eximendos et supportandos duximus; hoc tamen adiecto, ut in subsidiis quoque ad praeparandum castrum Waradiense faciendis aequalem cum caeteris ferant conditionem, prout eximus et supportamus praesentium per vigorem. Quocirca vobis egregiis agilibus, capitaneis, iudicibus regiis, et connumeratoribus exactoribusque quarumcunque taxarum et contributionum modernis et futuris, praesentium notitiam habituris harum serie mandamus firmiter, quatinus a modo deinceps memoratos universos inhabitatores praedictorum oppidorum Zekelwasarhel' et Zerda ad solutionem taxarum et contributionum nobis et camerae nostrae provenire debentium, demptis ut praemissum est taxa et contributione ad excelsam Portam potentissimi imperatoris thuncarum et subsidio ad praeparandum castrum Waradiense faciendis spectante cogere et compeddere aut eosdem propterea in personis, rebus et bonis eorum quibusvis impedire, turbare aut quovismodo damnificare nusquam et nequaquam audeatis. Secus igitur non facturi, praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in praescripta oppido Zekelwasarhel, die septimo mensis Januarii anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo secundo.

Stephanus Bathory  
de Somlyo m. propria.

1572.  
jan.  
7.

Franciscus Forgach  
cancellarius m. pr.

<sup>1)</sup> Javítással.